MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81296-19

AUTHOR:

SCHOLZE, HEINRICH

TITLE:

DE TEMPORIBVS LIBRORVM THEMISTII...

PLACE:

GOTTINGAE

DATE:

1911

Master Negative #

93-81296-19

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Scholze, Heinrich, 1887-

De temporibvs librorvm Themistii. Dissertatio inavgvralis qvam...scripsit Henricvs Scholze... Gottingae, officina Academica Dieterichiana typis expressit, 1911.

89 p. 22 cm.

Thesis, Göttingen, 1910.

Bibliography p. 5-6.

375947

Re

TECHNICAL MICROFORM DATA


FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 4-19-93 INITIALS Susan


FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM


Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202





Centimeter




Inches







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.



DE
TEMPORIBVS LIBRORVM THEMISTII.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

CONSENSV ET AVCTORITATE

IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

HENRICVS SCHOLZE

BLANCOBVRGENSIS.

GOTTINGAE

OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA TYPIS EXPRESSIT

MCMXI.

De dissertatione probanda ad philosophorum ordinem rettulerunt P. Wendland et M. Pohlenz.

Examen rigorosum habitum est a. d. VII Id. Decembr. MCMX.

Hermanno Friderico Muellero
gymnasii Blancoburgensis rectori
viro doctissimo
magistro suo
S.

Nec non etiam precor Lympham ac Bonum Eventum, quoniam sine aqua omnis arida ac misera agri cultura, sine successu ac bono eventu frustratio est, non cultura.

Varro De re rustica I, 1, 16.

Conspectus librorum.

Themistii orationes: em. Guil. Dindorf, Lipsiae 1832.
Libanii orationes: rec. Ricard. Foerster, 4 voll., Lipsiae 1903—1908.
— epistulae: ed. Ioann. Christophor. Wolf, Amstelodami 1738.
Iuliani imperatoris orationes: rec. Carol. Hertlein, Lipsiae 1875.
Nicephori Callisti: Historia ecclesiastica, Migne Patrologia Graeca vol. CXLVII.

Tillemont, Hist. Rom.: Le Nain de Tillemont, Histoire des empereurs et des autres princes, qui ont regné durant les six premiers siècles de l'Église, vol. IV et V, Bruxellis 1709 sq.
Rauschen, Gerardus: Jahrbücher der christlichen Kirche unter dem Kaiser Theodosius dem Grossen, Friburgi Brisgoensis 1897.
Richter, Henricus: Das weströmische Reich besonders unter den Kaisern Gratian Valentinian II Maximus, Berolini 1864.
Sievers, Theaenus Renoldus: Das Leben des Libanius, Berolini 1868.
— Studien zur Geschichte der römischen Kaiser, Berolini 1870.
Schiller, Hermannus: Geschichte der römischen Kaiserzeit, vol. II, Gothae 1887.

Mommsen, Chronologia Theodosiana: Theodosiani libros XVI, edidit Theodor. Mommsen, Berolini 1905: vol. I, 1 p. CCIX—CCCVI De temporibus et locis constitutionum.

Seeck, Otto: Die Briefe des Libanius zeitlich geordnet, Lipsiae 1906 (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur, ser. II vol. XV fasc. 1 sq.).
Silomon, Hans: De Libanii epistolarum libris I—VI, Gottingae 1909.

Gladis, Carolus: De Themistii Libanii Iuliani in Constantium orationibus, Vratislaviae 1907.
Méridier, Guilelmus: Le philosophe Thémistios devant l'opinion de ses contemporains, Rennes 1906 (diss. Parisina).
Pohlschmidt, Guilelmus: Quaestiones Themistianae, Bornae 1908 (diss. Monasteriensis).

De fastis Byzantinis cf. etiam: Henric. Fynes Clinton, Fasti Romani, 2 voll. Oxonii 1845/50.

Postquam Otto Seeck, Die Briefe des Libanius zeitlich geordnet, Lipsiae 1906 epistulas Libanii in ordinem temporis redegit et materiam prosopographiae Libanii familiarium congessit, quae paucis ibi tetigit, accuratius cognoscenda iterumque perquirenda videntur. nam ne Seeck saepius erraverit, vereor. vita vero Themistii[1]), qualem praebet, erroribus non caret. errores quosdam, qui ad tempus pertinent, quo Libanius epistulas ad philosophum Constantinopolitanum misit, iam Hans Silomon, De Libanii epistolarum libris I—VI, Gottingae 1909 sustulit[2]).

---

1) A Themistio, philosopho Constantinopolitano, Euphrades cui cognomen erat (Commentar. in Aristot. Graec. VII p. 72 [10], VIII p. 1 [10], IX p. 42 [11], X p. 968 [30], XXIII, 1 p. 1 [20]), Themistium, philosophi filium cognominem (v. § 26) et Themistium Heortii filium (Seeck, Die Briefe des Libanius p. 307) discernas.

Nicephorus Callisti vero (h. e. XVIII, 50 p. 433 A) Themistium philosophum pro Themistio quodam diacono ecclesiae Alexandrinae ineuntis saeculi VI ponit.

2) Libanii epistulam 1088 quis acceperit, dubium est. libri enim discrepant. verum ad Themistium (id quod Seeck p. 326 vult) epistula, utpote in qua ad litteras modo per Bassi filios delatas relegetur, non data est: nam Macedonius quidam (VI, v. epist. 1261) modo epistulam (1134) Themistio attulerat. neque Elpidius, Nicocles, Philippus, quibus alias epistula inscripta est, epistulam acceperunt. contra codicum testi-

Orationes et commentaria Themistii ipsius, quae exstant, quo tempore et quo ordine scripta sint, nondum constat[3]). neque Carolus Gladis, De Themistii Libanii Iuliani in Constantium orationibus, Vratislaviae 1907[4]), praesertim qui a Seeckio profectus sit, multum profecit.

Itaque disputare mihi proposui de tempore et loco, quo habita aut scripta sint et perlustrabo:

I. Themistii orationes publicas vel panegyricos.
II. Themistii orationes morales vel declamationes.
III. Themistii commentaria Aristotelica (et Platonica).

monia conicio Andronicum II epistulam accepisse. cum Libanius, cur se ignaviorem in litteris scribendis praestiterit, illa epistula per Bassi filios missa docuerat: attulerunt nempe hi filii Andronico epistulam 1270, qua ipsa, qua re offensus tardius Libanius scripserit, explicatur. nam Andronicus quoque (de Themistio cf. epistulam 1134) litteras a Libanio acceptas in foro aliis ostenderat et auctor controversiarum ei fuerat. nimirum, qui ipsi epistulam non tulerant, invidiam Libanio moverunt.

3) Eugen. Baret, De Themistio sophista et apud imperatores oratore, Parisiis 1853 erroribus abundat.

4) Cf. I. R. Asmus, Berliner philologische Wochenschrift XXIX, 1909 p. 34—36.

I. De Themistii principum laudationibus.

A) De Themistii panegyricis in Constantium scriptis.

§ 1. De oratione I in Constantium scripta.

Themistius se orationem, quae *Περὶ φιλανθρωπίας ἢ Κωνστάντιος* inscribitur[5]), primam apud principem habuisse in exordio apertis verbis ipse confirmat. iuvenis tum erat[6]).

Est autem habita oratio post pugnam Singarensem[7]); aestate anni 345 apud Singaram decertatum est. habita est oratio ante Calendas Septembres anni 355: tum Constantius de Themistio in senatum Constantinopolitanum cooptando ad patres scripsit. atque optime Seeck de aestate anni 350 cogitavit. neque enim usquam in oratione, quae de Constantii humanitate est, Constans, frater eius, laudatur[8]). nempe modo (mense Ianuario 18 anni

5) Oratio I p. 1—20 Dindorf.

6) Themistius p. 20^{7} suam philosophiam Constantii aequalem dicit. ergo sub annum 317, quo anno Constantius genitus est, philosophus quoque natus est. Constantius autem p. 15^{14}, $18^{11, 26}$, $19^{2-5, 9}$ iuvenis designatur: et iuvenem Themistium dicit vir doctus, qui orationi titulum praefixit.

7) P. $13^{11 \text{ sq.}}$

8) V. Themist. or. II p. 47^{3-6}; cf. or. VI p. $91^{16, 22-25, 27 \text{ sq.}}$ et p. 93^{8}.

350) ille iuvenis interfectus erat. et cum interfectoribus Constantius tum de pace facienda egit[9]). se imperii fines prolaturum esse sperat[10]). porro videtur per ambages, quod videam, Themistius Constantium, ut fratrem ulciscatur, admonere[11]).

Itaque non recto talo stant, quae Gladis de oratione coniecit. Themistium, Constantinopolis urbis legatum, oratione Ancyrae habita „Singarensem pugnam quasi victoriam de more celebravisse neque tamen tam adulatorie quam Libanium et Iulianum“ fingit. at Themistius, si de victoria modo parta publice gratulatum missus esset, hanc victoriam non obiter perpaucis verbis sub finem orationis per ambages significavisset[7]). accedit, quod nunquam parcius Themistius principes laudavit. denique Libanius ipsam gratulationen, in qua eum Themistii vestigia pressisse Gladis (falso) opinatur, Ad Constantium et Constantem (anno 349) scripsit[12]).

Postremo omnino non Ancyrae, id quod titulus testatur, Themistii orationem habitam esse dico. nam ne verbo quidem urbs Galatiae tota oratione designatur. atque cum, qui titulos praefixerunt, nil, nisi quod ex verbis ora-

9) Themist. or. IV p. 74^{9-12}, Seeck, R. E. IV p. 1065^{15}.

10) P. 10^{6-9}.

11) P. 4^{29-32}.

12) Loci similes, quos Foerster, Libanii orationes IV p. 201 not. 3 et Gladis p. 14 in Themistii oratione I et Libanii oratione LIX invenerunt, loci communes sunt: cf. Herodian. I, 7, 4 p. $15^{14\,sq.}$ Mendelssohn, Liban. or. LIX p. 215^{10}, Themist. or. I p. $2^{1\,sq.}$ VIII p. $137^{32\,sq.}$, Iulian or. IV p. 170^{3-5}. ad Liban. or. LIX p. 245 sq. $^{20-1}$ et Themist. or. I, p. 1 sq. $^{17-1}$ (ubi eadem verba de rebus plane diversis sunt) cf. Iulian. or. I p. $13^{4\,sq.}$ et or. II p. $67^{17\,sq.}$ et Ammian. Marcell. XXI, 16, 7 et 19. denique de Themistio et Libanio, qui alter alterum imitati sunt, Libanii epistulae 379 et 1510ª docent; v. infra § 23.

tionis ipsis effici potuerit, doceant[13]), hunc testem vanam scientiae speciem prae se tulisse patet. verum alias quoque in titulis erratur[14]). hic error unde ortus sit, coniectura augurari licet.

In Libanii enim quadam epistula[90]) oratio, quam nuper Themistius Ancyrae ediderit, laudatur. quam vir ille doctus primum panegyricum in Constantium scriptum intellexisse videtur. nam reliquae Themistii orationes ubi habitae sint, dubitari non potest. et orationem consularem, quam in Iovianum habuit, Dadastanae lucem vidisse patres Christiani volunt[95]). re vera ea oratio Ancyrae habita est; quae ut sibi mittatur, Libanius illa epistula (anni 364) petit.

Laudes autem Constantii humanitatis Constantinopoli auditas esse inde verisimilius fit, quod ab iis ipsis, qui adsint, Themistius se materiam laudum in foris, in theatris, in aedibus, in balneis congessisse dicit[15]). sic non Ancyrae dicere potuit ante aulae proceres, quorum ne vultus quidem, qui primum dixit, satis cognovit.

Factum autem esse potest, ut oratio omnino non habita, sed scripta et ad imperatorem missa sit, id quod Themistium saepius fecisse constat[16]).

§ 2. De oratione II in Constantium scripta.

Calendis Septembribus anni 355[18]) Constantius philosophum, ut ei sapientiae praemium daret[17]), in senatum Constantinopolitanum cooptavit. ipse amplas litteras de

13) Verbis tituli orationis I praeter locos nota 6 laudatos conferas p. 1^{1}, $3^{14\,sq.}$, 13^{11-25}.

14) V. § 3 et not. 65.

15) P. 3 sq. $^{29-17}$; cf. orat. IV p. 66^{8-11}.

16) V. § 3, 8 sq., 18.

17) Epist. Constant. p. 21 sq. $^{19-14}$, p. 26 sq. $^{21-4}$.

Themistio cooptando et de Themistii laudibus ad senatum misit[18]).

Pro hac epistula et pro hoc honore Themistius oratione, quae *Εἰς Κωνστάντιον τὸν αὐτοκράτορα, ὅτι μάλιστα φιλόσοφος ὁ βασιλεύς. ἢ χαριστήριος* inscribitur[19]), principi, qui tum Mediolani versabatur[20]), gratias persolvit[21]).

Quam orationem paulo post mensem Novembrem 6 scriptam esse verisimile est. nam nuper Constantius illam epistulam ad senatum miserat[22]). modo Iulianus Caesar

18) Subscriptionem epistulae, quae *Δημηγορία Κωνσταντίου αὐτοκράτορος πρὸς τὴν σύγκλητον ὑπὲρ Θεμιστίου* inscribitur (p. 21—27 Dindorf), Latinam p. XIII Dindorf invenias. verba Graeca, quae Henricus Schenkl e libro Salmantico detexit, Seeck, Die Briefe des Libanius p. 83 et p. 294 publici iuris fecit.

Latina scilicet tota epistula fuit. iam inscriptionis formula in Novellis Theodosiani (I, 3) Latina occurrit. et Libanius, qui Latine nesciebat, (ep. 923, 956, 1241), exemplum, quod acceperat, sibi vertendum curavit (ep. 1241). Constantinopoli quoque apud patres post exemplar Latinum verba Graeca recitata fuisse videntur. nam propheta et interpres (*προφήτης καὶ ἐξηγητής*) Iustinus, proconsul (qui in subscriptione laudatur), fuerat (Themist. or. II p. $31^{2\,sq.}$, cf. p. 29^{7-9} et or. VI p. 85^{11}; v. Gothofred. ad Cod. Theodos. VI, 25, ubi addas Symmachi epist. III, 17, 1 et III, 18, 1). magister autem epistularum Graecarum „epistulas Latine dictatas transferebat in Graecum" (Notit. dignitat. XIX, 12 sq. p. 44 Seeck, Eunap. Vit. sophist. p. 497^{29-31} Boissonade[2]; cf. Liban. or. LXII p. $381^{2\,sq.}$ vol. IV). Harduinus et Seeck Themistium ipsum has suas laudes interpretatum esse statuunt; at Themistius linguae Latinae imperitus erat, v. § 8. Ioannes Tzetzes igitur Chiliad. VI, 329 falso Themistium Theodosii magistrum epistularum fecit. denique Photius cod. LXXIV prave epistulam ad senatum Romanum datam esse vult.

19) Oratio II p. 28—48 Dindorf; v. p. $28^{8\,sq.}$ (*μάλιστα!*), $38^{20\,sq.}$, $43^{7\,sq.}$ et notam 22.

20) Mommsen, Chronologia Theodosiana p. 231 sq.

21) P. 28^{5-7}: cf. p. 29^{1-9}, 30^{24-27}, 31^{1-10}, $33^{14\,sq.}$

22) P. 34^{23-25}.

creatus erat[23]): creatus est Mediolani mense Novembri 6. verum de „Helena virgine, Constanti sorore, eidem Caesari foedere copulata diebus paucis post"[24]) urbs nondum quicquam accepit[25]). oratio autem, antequam Mediolanum mitteretur, Constantinopoli apud patres, ut probaretur, a Themistio dicta est[26]).

Deinde oratio Iuliano Caesari in manus venit, qui eam in laudatione, qua Constantium ineunte hieme (anni 355/56)[27]) ipse prosecutus est, in usum convertit[28]). quamquam Iulianum, qui Calendis Decembribus „in Galliam egressus est"[24]), non in urbe ipsa Mediolano Themistii orationem cognovisse puto, id quod Gladis coniecit.

§ 3. De Themistii legatione Romana seu de orationibus III et IV, quas in Constantium scripsit.

Themistius cum extremo anno 356[29]) exspectatione celerius Antiochia Constantinopolim revertisset, epistulam accepit, qua Libanius, quod orationem amico Constantinopolitano promissam non coram eo habere potuerit, aegre fert. tamen prohibere amicum ab honore noluerat[30]).

23) P. 48^{11-16}. 24) Ammian. Marcell. XV, 8, 18.

25) P. $48^{15\,sq.}$; cf. or. IV p. 70^{21-24}.

26) P. $29^{5-8,\,11}$, 31^{1-10}, 34^{25}.

27) V. Iulian. or. I p. 55 sq. $^{25-16}$. 28) Gladis p. 15 sq.

29) Silomon p. 51 sq.

Guilelmus Koch, Neue Jahrbücher für klassische Philologie XXV, 1899 p. 422 $^{not.\,6}$ legationem Persarum exeunte anno 356 Antiochiam missam et Narseum, qui mense Februario 23 anni 358 Constantinopolim venit, confundit. Seeck, Die Briefe des Libanius p. 86 Nicaeam urbem in Libanii epistula 427 laudatam invenit, ubi de Nicia, Alcibiadis collega (Thucydid. V, 16, 1) agitur.

30) Liban. ep. 465.

nempe Themistius, ut legationi, quae Constantio decreta erat, interesset, in urbem revocatus erat.

Iam enim Constantius „quasi recluso Iani templo stratisque hostibus cunctis Romam visere gestiebat“ [31]): Romae mense Maio 22 anni 357 vicennalia egit [32]). atque mense Ianuario Eugnomonius, magister epistularum codicillos miserat, quibus princeps ad diem festum de more invitavit [33]).

Ideo legatio perhonorifica a senatu Constantinopolitano [34]), ut gratularetur, constituta est, cui Themistius, qui philosophiae laude floreret [35]), praesset. iam media et gravi hieme [36]) via Egnatia per Thraces, Paeones, Illyrios [37]) legati profecti sunt. sed ceteri profecti sunt.

Themistius ob valetudinem et hiemis asperitatem domi substitit. Legatio, *Πρεσβευτικὸς ὑπὲρ Κωνσταντινουπόλεως* quae inscribitur [38]), non Romae dicta est. qui illud *Ῥηθεὶς ἐν Ῥώμῃ* ei praefixit, erravit.

Verum philosophus orationem, quam quominus Romae ipse haberet, prohibitus erat, postquam patres Constanti-

31) Ammian. Marcell. XVI, 10, 1.

32) Chronic. Alexandr.; v. Themist. or. III p. 51^{24-28}. Constantinus Magnus mense Maio 22 anni 337 „ad caelestia regna ablatus“ (Idat. Fast.) erat.

Ammianum Marcellinum XVI, 10, 1 vero Constantii adventum Romanum et vicennalia vere anni 356 posuisse Tillemont, Hist. Rom. IV p. 1128 animadvertit. tamen Ammianum erravisse vel inde patet, quod XVI, 7, 1 sq. Mediolani et XVI, 10, 21 Sirmii princeps anno 356/57 hibernat. (Sirmii Constantium mense Decembri anni 357 fuisse Cod. Theodos. VII, 3, 4 confirmatur. et Ursicinus non anno 356 Sirmii de pace Persarum rettulit, id quod Schiller, Geschichte der römischen Kaiserzeit II p. 316 Ammiano ductus voluit, sed, postquam „tempus interstitit multum“ (Amm. M. XVI, 9, 14), exeunte anno 357).

33) Liban. ep. 473; cf. Themist. or. IV p. $64^{29,\ 13-18}$.

34) Or. III, p. $49^{7,\ 24\ sq.}$, $50^{19-23,\ 29}$, 51^{7}, 53^{28}; IV, p. 64^{16-18}.

35) P. 50^{10-12}, $51^{7\ sq.}$, 53 sq. $^{28-6}$. 36) Or. IV, p. 60^{18-20}.

37) P. 60. 38) Oratio III p. 49—58 Dindorf.

nopolitani eam audiverunt et laudaverunt, Romam donum misit [39]). statuam aeream praemium tulit [40]).

At verba orationis viros doctos in errorem duxerunt.

Usque ad Ludovici Cresolli [41]) tempora nemo de itinere Romano vere anni 357 inito et facto dubitavit. iam Harduinus in praefatione orationis maiores scrupulos movit: Seeck et Gladis pristinam sententiam receperunt. at falsam sententiam receperunt. nequaquam enim Themistium profectum esse

I. quarto eiusdem panegyrico, qui de Constantii laudibus exstat [42]), probatur. quae oratio paulo post vere eiusdem anni (357) habita est.

Exordio autem orationis Aegyptii exemplo sunt, qui corporis valetudine vel tempestate maris Saim ipsam proficisci cum prohibiti sint, domi Minervam deam venerentur. hos Themistius se imitatum esse dicit [43]). quippe ipse quoque, cum legati illi venerant ludos indicantes, extra urbem pedem ferre non potuerat, cum hiems acerrima eo anno esset [44]). iam excelsa reda pellibus obvoluto in Italiam ferri (*μέχρι Ἰταλίας φέρεσθαι*) licuerat et principem ipsum hymnis celebrare; sed, cum esset manco et fragili corpore, asperitate frigoris remanere coactus erat [45]). tamen philosophus se non minus gratum civibus et gratulationem domi institutam non minus iucundam prin-

39) Orat. IV p. $65^{4-6,\ 11-18}$, cf. p. 73^{21-23}; Liban. ep. 371.

40) Orat. IV p. $65^{18\ sq.}$, Liban. ep. 64; cf. Themist. or. XVII p. 261^{8-10}, XXXI p. $427^{7\ sq.}$, XXXIV p. 456 sq. $^{22-1}$.

41) Ludovicus Cressollius, Theatrum veterum rhetorum, Parisiis 1620 p. 188 sq.

42) Oratio IV p. 59—74 Dindorf; cf. p. $63^{29\ sq.}$ et 66^{26}.

43) P. 60^{7-10}, $63^{6\ sq.}$; v. Herodot. II, 62. 44) P. 64 sq. $^{28-3}$.

45) P. 60^{10-31}.

cipi fore, quam si profectus esset (*μένειν δὲ ἐνθάδε ἐώμεος*), sperat[46]). nam non solum sacros legatos tamquam Delum missos esse, sed etiam domi insuper coronas gestari et hilaritati indulgeri[47]).

II. Gratianum vero itineris Romani auctorem fuisse Themistius alibi apud senatum Constantinopolitanum dicit[48]). et anno 377, cum eum ipsum iuvenem Romae laudet, ipsum magnum et longum iter iactat, par fere solis cursui, quantum antea nunquam inierit[49]) et in quo oceanum primum viderit.

III. Denique Themistius, si initio anni 355 profectus esset, non illam orationem quartam in Constantium mense Maio 22 eodem anno Constantinopoli habere potuit, „quo proinde delatum eum esse Pegaseis alis necesse esset, si Legationem paulo ante Romae recitasset“ [50]).

Prodiit autem quarta oratio, quae *Εἰς τὸν αὐτοκράτορα Κωνστάντιον* inscribitur[42]), Constantinopoli[51]) principe ad oceanum occidentis versante[52]). Italiae panegyrici eum laudibus ornabant. huic choro Themistius se adiungit[53]). deinde orationem die festo quodam principis dictam esse inde apparet, quod Themistius ea cum Aegyptiis facit[43]), qui ipsi diem festum Minervae in sua quisque urbe computabant (*τὸν καιρὸν ἐλογίσαντο*)[54]). et mense Maio 22 (anni 357) Constantius Romae vicennalia egit[32]).

Seeck vero et Gladis et Silomon[29]) hanc orationem ante tertiam posuerunt. consulatum, quem Calendis Ianu-

46) P. 64 $^{19-21}$, 65 $^{2-10}$. 47) P. 65 $^{24\,sq.}$

48) Or. XXXI p. 429 $^{5-7}$; iam v. not. 475.

49) Or. XIII p. 200 $^{19-21,\,26-34}$.

50) Harduinus p. 513 Dindorf.

51) P. 62 ^{26}—64 $^{11,\,31}$, 67 $^{9,\,24}$, 69 ^{12}, 69 sq. $^{25-8}$.

52) P. 69 ^{3}; cf. p. 64 $^{13-25}$. 53) P. 65 $^{3\,sq.}$

54) P. 59 $^{12-17}$.

ariis anni 357 Constantius et Iulianus Mediolani inierunt, oratione initiari putant. at ne verbo quidem tota oratione ullius consulatus mentio fit. accedit, quod vis et acumen exordii orationis cadit, si Calendis Ianuariis consulatu inito eam habitam esse concesseris. etiam Themistius ipse in quarta oratione ad illam tertiam, quam paulo ante patribus auctoribus pro corona aurea principi dicaverit (*πέμπειν ὑμῶν ψηφισαμένων*), non ambiguis verbis relegat[55]). Constantius summa laetitia ea affectus erat. et statuam aeream Themistius tulerat[40]): non de secunda oratione cogitari posse (id quod Seeck et Gladis faciunt), quae autumno anni 355 prodiit, vox *προώην*[56]) docet. deinde haec oratio Gratiarum actio, non donum (*δῶρον*[57])) fuit[21]). et coronae aureae non consulatu inito, sed ipsis lustris (ita primo quoque lustro ineunte, i. e. imperio inito) tum mittebantur[58]). quid? si tertia oratio identidem corona benevolentiae et amoris vocatur[59]).

55) P. 65 $^{10-18}$ (cf. Euseb. Vit. Constant. I, 1, 1).

56) P. 65 ^{11}.

P. 68 $^{15\,sq.}$ Constantii expeditio Raetica exeuntis anni 356 (Ammian. Marcell. XVI, 12, 15 sq.) significatur neque recte Tillemont, Hist. Rom. IV p. 812 Iuliani victoriam Argentoratensem mensis Sextilis anni 357 intellegit.

57) P. 65 $^{5,\,17}$ (cf. Liban. or. I p. 152 ^{7} vol. I).

58) Euseb. Vit. Constant. I, 1, 1, Euseb. Tricennal. Constant. VI, 1, Liban. ep. 1067, 1319 (cf. ep. 766 et 797 ^{a}), Themist. or. XIV p. 223 sq. $^{23-3}$, XVI p. 247 $^{14-17}$ (cf. Synes. De regno II, 6 Migne Patr. Gr. LXVI p. 1056 B/C), Symmach. relat. XIII, 2, orat. III, 1; Harduin. ad Themist. or. III p. 513 Dindorf, A. Haebler, R. E. IV p. 1638 sq. $^{7-28}$; cf. W. Kubitschek, R. E. II p. 2552 sq. ad aurum coronarium et ad aurum oblaticum. de coronis denique, quibus spatium decem annorum, qui confecti sunt, in nummis Alexandrinis designatur, v. Ludovic. Schwabe, Die kaiserlichen Dezennalien und die alexandrinischen Münzen, Tubingae 1896 p. 8—32 et p. 47 et Seeck, Zeitschrift für Numismatik XXI, 1898 p. 17 sqq. passim.

59) P. 49 $^{4,\,9\,sq.,\,19\,sq.}$, 50 $^{15\,sq.,\,19\,sq.,\,23\,sq.}$, 53 $^{26-28}$.

IV. Missam esse orationem atque id ante quartam orationem Libanius testis est gravissimus. qui cum legati orationem (III) Antiochiam accepisset, vere anni 358 epistulam[60]) ad Themistium dedit, qua eum cum Demosthene comparat. legationem autem Romanam laudandam esse cum aliis de causis, tum ob eam rem, quod orationes amici diu desideratas tandem in lucem produxerit. ut pergat igitur, Libanius Themistium admonet, praeclara gerere et mittere (πέμπε!) orationes suas non imperantibus solum, sed iis etiam, quibus imperium, at aures forte non desint.

Verum Themistius Legatione Constantinopoli habita tantum civium plausum moverat, ut orationes antea conscriptas coniungere et emittere tum constitueret. et ipsa in quarta oratione, quam perpaulo post dixit, se orationes suas bibliothecae sub annum 355 in Porticu Regia a Constantio excitatae[61]) donaturum esse promittit[62]).

V. At verba quaedam[63]) in Legatione inveneris, quibus aperte de itinere significari dicas; non nego. at cave inde efficias re vera iter, quod propositum erat, factum esse. Themistius, quippe qui e tempore dicere non potuerit[64]), orationes antequam haberet, diligenter elucubravit. hanc quoque Legationem ante iter initum Constantinopoli conscripsit. iam quominus proficisceretur et Romae diceret, prohibitus erat. tamen exemplum orationis in iis erat, quas eodem anno in Basilica collocavit.

---

60) Liban. ep. 371. ad epistulam 379, in qua ipsa quoque Legationis mentio fit, cf. Themist. or. III p. 56^{14-17}.

61) E. Oberhummer, R. E. IV p. 996^{5-22}; v. Themist. or. IV p. 71^{12}—73^{18} et XXVI p. $396^{15\,sq.}$

62) Or. IV p. $73^{19\,sq.}$; v. or. XXXIV p. $445^{2\,sq.}$

63) Or. III p. 50^{10-12}, 56^{14}; v. p. $49^{3\,sq.}$, 50^{14}, 53^{28}, $54^{6,\,31}$, $55^{16,\,31}$, 56^{11}.

64) V. § 16.

Ab hoc exemplo libri, qui exstant[424]), quasi originem acceperunt. vir nempe doctus Byzantinus, qui orationes foras dedit, verbis deceptus falsum illum titulum praefixit[65]).

VI. Neque plus verba valent, quae Themistius senex anno 384 fecit[66]). bis scilicet philosophum Romae fuisse, qui libro evoluto obiter verba cognoverit, interpretetur. sed tum quoque Themistium proficisci voluisse interpretandum est. senex nimirum septuaginta annorum[6]), vanus qui erat, verborum circuitione utitur et eorum, qui minores natu erant, rerum inscientia nititur. ut in eadem ora-

---

65) Similibus fatis Libanii oratio De seditione (XIX vol. II) usa est. oratio trans Bosporum (p. 386^{15}) Constantinopoli apud frequentem senatum habita in exordio et in fine fingitur. iam Zosimus (IV, 41, 2 sq.) fidem habuit et Libanium ab Antiochenis delegatum esse dicit. quamquam Libanium patriam non reliquisse ex eius Vita patet (p. 192^{13-15} vol. I, v. Renard. Goebel, De Ioannis Chrysostomi et Libanii orationibus, quae sunt de seditione Antiochensium, Gottingae 1910 p. 3). deinde neque oratio De ira principis qua Antiochenos monuit (XVI), re vera recitata est, neque Legatio, quae ad Iulianum scripta exstat (XV), ob inexspectatam mortem principis a principe audita est (Foerster vol. II p. 114 sq.). atque panegyrici, quem Libanius in Olympia anni 364 composuit neque tamen protulit, Vitae p. 181^{6-10} et in epistula 1335 mentio fit. denique de oratione Pro templis (XXX vol. III) ante Theodosium quam haberi simulatur, v. Tillemont, Hist. Rom. V p. 515. quod autem Himerii oratione VII Constantinopoli sacra Mithriaca initiata esse ob titulum, qui orationi praefixus est, Theophilus Wernsdorf, Himerii opera, Gottingae 1790 p. LI vult, oratio aut non Constantinopoli habita, sed eo missa est, aut ante orationem V et ante orationem VI oratio ponenda est. nequaquam enim sophistam Antiochiam profecturum (v. not. 78), postquam Thessalonicenses et Philippos salutavit, medio e itinere Constantinopolim retro „delatum“ esse, ut quasi voluptatis causa eandem viam iterum emetiretur, viris doctis concedo.

66) Or. XXIV p. 456^{16-19}, 470^{11-13} (v. or. XXXI p. 428^{30}).

tione Themistius, vir Paphlagonicus[67]) se Constantinopoli oriundum dicit[68]).

B) De Themistii panegyricis in Iulianum scriptis.

Librarii monachici panegyricos ipsos, quos Themistius in Iulianum, principem gentilem scripsit, memoriae non prodiderunt. fragmenta duarum orationum exstant.

§ 4. De epistula protreptica ad Iulianum missa.

Auctor idemque fons alterius orationis Iulianus ipse est longa illa epistula, qua ad eam ipsam orationem respondet[69]). fuit autem illa oratio gravis quaedam epistula protreptica[70]), quam Themistius de officiis principum ad Caesarem, qui modo imperator electus erat[71]), scripsit. initio mensis Decembris anni 361 Naissi, in urbe Illyrici Iuliano Constantium mortuum esse († mense Novembri 3) nuntiatum erat[71]). mense Decembri 11 Iulianus Constantinopolim introivit.

Sub id tempus Themistius tam mirum in modum imperium susceptum gratulatus est.

---

67) Or. XXIII p. 353 $^{29-32}$, Epist. Constant. p. 24 $^{31\ sq.}$, 25 $^{3-5}$; Themist. In Aristot. Physic. p. 185 $^{13-16}$ Schenkl (Commentar. in Aristot. Graec. V, 2), or. XX p. 290 $^{20-22}$.

68) Or. XXIV p. 456 $^{9-11}$, 460 ^{18}; XVII p. 261 $^{8-13}$. falso Ed. Zeller, Die Philosophie der Griechen III, 2 ^{4} p. 797 $^{not.\ 1}$ his verbis fidem habuit (cf. Demosthen. XVIII, 225 sq.).

69) Iuliani imperatoris Epistula ad Themistium p. 328—345 vol. I Hertlein.

70) Iulian. Epist. ad Themist. p. 328 $^{3,\ 18}$, 340 ^{20}; 329 sq. $^{18-21}$, 330 $^{23\ sq.}$

71) Guilelm. Schwarz, De Vita et scriptis Iuliani imperatoris, Bonnae 1888 p. 9.

Nequaquam tamen vitam in agendo positam praeferendam esse otio et voluptati Iulianus philosophus Themistio philosopho concessit[72]). nequaquam Hercules, Bacchos, Solones, Pittacos, Lycurgos iam sibi imitandos esse[73]) vir simplex et modestus[72]) gestiebat.

Vix urbem ingressus erat[74]), cum illa epistula, quam potius libellum ipsum quoque dicas publicum, Themistio urbane et acute in singulis capitibus oblocutus est.

Hac epistula Themistii scriptiunculam cognoscimus.

§ 5. De gratulatione consulari ad Iulianum missa.

Alterius orationis, quam Themistius in Iulianum habuit, argumentum (*θεωρία*) exstat[75]).

---

72) Iul. Epist. ad Themist. p. 329 $^{4-6}$; 330 sq. $^{16-1}$, 335 $^{19\ sq.}$ (cf. Themist. or. XX p. 289 $^{4-9}$, XXVII p. 390 $^{21\ sq.}$, XXXIV p. 471 $^{13\ sq.}$, XXXVI De virtute p. 19); 340 sq. $^{23-16}$ (Aristot. Pol. VII p. 1325 $^{b\ 21-23}$; cf. Iulian. Caesar. p. 415 $^{15\ sq.}$): 344 $^{16-19}$ (cf. p. 329 $^{10\ sq.}$).

73) Iul. Epist. ad Themist. p. 328 sq. $^{19-14}$; 329 $^{6-10}$, 340 $^{2-4}$. cum autem tota Themistii epistula, tum haec deorum comparatio quantum Iulianum moverit, in Caesaribus, quos proximo anno, i. e. anno 362 exeunte princeps scripsit, sentitur (I. R. Asmus, Iulian. und Dion Chrystomos, Tauberbischofsheim, 1895 p. 25—29).

74) Iul. Epist. ad Themist. p. 328 $^{17\ sq.}$, 336 sq. $^{19-4}$. etenim in Graeciam, i. e. Athenas Iulianus primum exeunte aestate anni 355 venerat; iam Constantinopolim urbem hoc loco simul intellegit (*ἀπιὼν δὲ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πάλιν*; cf. Themist. or. XXXIII p. 440 $^{16\ sq.}$). ita non anno 355, cum Iulianus Caesar factus esset, epistula data est (id quod Ed. de Wietersheim, Geschichte der Völkerwanderung, Lipsiae 1880 ^{2} I p. 464, Seeck, Die Briefe des Libanius p. 296, alii voluerunt); v. Clinton, Fasti Romani II p. 107 $^{not.\ 9}$ et Guil. Koch, Neue Jahrbücher für klassische Philologie XXV, 1899 p. 352 $^{not.\ 20}$.

75) Henricus Schenkl in libro Salmantico et in libro Vaticano Reginae 137 argumentum repperit. Seeck, Rheinisches Museum LXI, 1906 p. 554—560 id publici iuris fecit et optime interpretatus est.

Oratio *Φιλόπολις*[76]) inscripta fuit. argumentum autem Themistium cuidam principi, ut diem festum panegyrico ornaret, flagitanti non obsecutum esse, sed domi substitisse docet. nomen principis, qui invitavit, non laudatur. at unum Iulianum designari posse Seeck[75]) vidit. Iulianus unus Constantinopoli natus est[77]). atque huius urbis amor in eo extollitur.

Ipse Iulianus his Themistii laudibus ansam dedisse videtur; nam ipse, ut, qui vere rex esset, urbem amaret, postulabat[76]). denique diem festum, ad quem Themistius invitatus erat, consulatum esse, quem Iulianus Antiochiae Calendis Ianuariis anni 363 (quartum) iniit, duabus Libanii epistulis, quae de hac oratione eodem anno datae sunt, probatur[78]).

Ideo ad Calendas Ianuarias ipsas orationem Iuliano missam[83]) esse dico.

C) De Themistii panegyricis in Iovianum scriptis.

§ 6. De legatione ad Iovianum missa.

Iuliano mense Iunio 26 anni 363 iuxta Babylonem telo percusso Iovianus die 27 a militibus imperator creatus

76) Cf. Iulian. or. II p. $111^{7\text{ sq.}}$, Dio. Prusaens. or. I p. $5^{24\text{ sq.}}$ Arnim; Pseudo-Dionys. Rhetoric. p. 276^{10-13} vol. II, 1 Usener-Radermacher; Liban. declamat. p. 798—817 Reiske (*Ἡ φιλόπολις*).

77) V. Themist. or. IV p. $70^{15\text{ sq.}}$ et eos, qui de Iuliano disseruerunt.

78) Liban. ep. 729 et 1061. panegyricus quidem, quem Libanius In Iulianum consulem tum scripsit, exstat (or. XII vol. II; cf. ep. 659, 705, or. XVIII p. 238^{9-13} vol. II). tum Himerius in magno numero oratorum et adulatorum fuit, qui ad hunc diem prosequendum Antiochiam venerunt (v. not. 65 et Liban. Vit. p. 144^{7-10}).

est. Babylone per Edessam[79]) novus princeps mense Octobri Antiochiam[80]) venit. iam eo legati, qui de imperio suscepto gratularentur, mittebantur[81]). Themistius vero, quem suae legationi praeficere patres Constantinopolitani voluerant, cum honorem refutavit[82]). Clearchus pro eo profectus est[83]).

Tamen scriptam esse a Themistio gratulationem, quae nempe deferretur per Clearchum (qui nescio an illum Iuliani panegyricum anno ante ipsum quoque attulerit)[83]), sed perisse verisimilius duco. etenim pro copia orationum, quas Themistius, orator publicus foras dedit, paucae exstant.

§ 7. De gratulatione consulari ad Iovianum dicta.

Iovianus autem Antiochiae[84]) „paulisper moratus flagrante hieme"[85]) per Tarsum „extentis itineribus"[86]) Tyana contendit[87]).

79) Philostorg. h. e. VIII, 6 Migne Patr. Gr. LXV p. 561 A, Cod. Theodos. VII, 4, 9 (mense Septembri 27: non anni 364).

80) Cod. Theod. X, 19, 2.

81) Liban. ep. 1065, 1067, 1480; cf. ep. 1476.

82) Liban. ep. 1061.

83) Liban. ep. 1061, cf. ep. 1049 et 1488. Clearchum anno 369 Themistio, proconsuli Constantinopolitano assessorem fuisse Seeck, Die Briefe des Libanius p. 108 probabilius suspicatus est. idem etiam anno 362 pro Themistio ad Iulianum missus videtur (aliter Seeck l. l.). nam postquam Iulianus mense Martio 5 (Ammian. Marcell. XXIII, 2, 6) Antiochiam reliquit, Clearchum officio, quo nescimus functum statim Constantinopolim revertisse Libanii epistula 723 tum ei data docet. neque enim, cum Hyperechius tardius post principis discessum Antiochiam advenerat (ep. 714 sq.), ille adfuerat.

84) Cod. Theod. X, 19, 2, I, 22, 3, XII, 1, 56.

„Et cum introisset Ancyram paratis ad pompam necessariis consulatum iniit adhibito in societatem trabeae Varroniano filio suo admodum parvulo“ [88]).

Hunc diem festum Themistius prosecutus est oratione, quae *῾Υπατικὸς εἰς τὸν αὐτοκράτορα Ἰοβιανόν* inscribitur [89]).

Oratio Ancyrae [90]) Calendis Ianuariis [91]) anni 364 coram patre [92]) et coram filio [93]) (infante non plus sex mensium [94])) habita est. deinde Constantinopoli apud populum orationem repetitam esse patres Christiani auctores sunt [95]).

85) Cod. Theod. XII, 1, 56: Antiochiae mense Decembri 21; Aurel. Victor. Caesar. epitom. XLIV, 4.

86) Ammian. Marcell. XXV, 10, 6, Aurel. Victor. Caesar. epit. XLIV, 4, Nicephor. h. e. X, 43 p. 584 B; cf. Themist. or. V p. 84 $^{1-18}$ (et Liban. ep. 1492).

87) Amm. Marc. XXV, 10, 4—6.

88) Amm. Marc. XXV, 10, 11.

89) Oratio V p. 75—84 Dindorf.

90) Liban. ep. 1322; v. Themist. or. V p. 83 sq. $^{28-20}$.

91) Cf. p. 84 $^{18\ sq.}$

92) P. 75 $^{3, 16}$, 77 $^{4\ sq.}$, 80 $^{18, 29}$, 82 $^{20, 25}$, 84 ^{17}.

93) P. 77 $^{8-24}$, v. p. 84 $^{20-24}$.

94) P. 77 ^{11}, 84 $^{20\ sq.}$, cf. not. 324.

95) Socrat. h. e. III, 26, 3, Nicephor. h. e. X, 43 p. 584 C, Langolf. Sag. Additament. Pauli Histor. Roman. libr. XI p. 339 $^{39-41}$ Droysen (Monument. German. historic., auctor. antiquissim. II). laudant autem Themistii orationem scriptores hi ecclesiastici (Socrat. III, 25, 20 sq., Nicephor. X, 42), quod indulgentia et clementia, quam Iovianus statim imperio inito (Themist. or. V, p. 80 $^{7\ sq.}$, Seeck p. 414 ad Liban. ep. 1065 et 1137, Sozomen. h. e. VI, 3, 3 sq.) Christianis et gentilibus praestitit, in oratione summis laudibus ornatur (p. 81 ^{13}—83 ^{27}; cf. Socrat. h. e. III, 25, 20 sq.). patres Christiani videlicet principis fidem Christianam modo, philosophus indulgentiam universam praedicat (Ioann. Philipp. René de la Bletterie, Histoire de l'empereur Jovien, Parisiis 1748 I p. 198—200). quod autem Schiller, Geschichte der römischen Kaiserzeit II p. 347 $^{not.\ 3}$ edictum proprium tum datum esse negat, edictum Themist. or. V p. 80 $^{7\ sq.}$, 81 $^{5\ sq.}$, 83 $^{24-25}$ commemoratur.

quod autem iidem orationem primum Dadastanae dictam esse volunt, oppidum, in quo Iovianus mense Februario 16 (anni 364) vita abreptus est, cum urbe, in qua consul creatus erat, confuderunt. orationem Ancyrae habitam esse Libanius insuper testis est [90]).

D) De Themistii panegyricis in Valentem, (Valentinianum), Gratianum scriptis.

§ 8. De fratrum amore, qui apud Valentem laudatur.

Decem diebus post Iovianum defunctum Valentinianus (menso Februario 26 anni 364) Nicaeae imperator electus est. Calendis Martiis Nicomediam ingressus est. Constantinopoli [98]) mense Martio 28 [96]) Valentem, fratrem in consortium [97]) imperii ascivit. mensem autem Aprilem fratres postquam Constantinopoli degerunt [98]), Sirmium [109]) contenderunt [99]). inde „diviso palatio Valentinianus Mediolanum, Constantinopolim Valens discessit“ [100]).

Ergo, cum Themistius Valentinianum a se unquam visum esse neget [101]), orationem, quae *Φιλάδελφοι ἢ περὶ φιλαν-*

96) Tillemont, Hist. Rom. V p. 325.

97) Ad Themist. or. VI p. 91 $^{3\ sq.}$ et IX p. 151 $^{32\ sq.}$ cf. Amm. Marc. XXVI, 4, 3 (v. Themist. or. VI p. 98 ^{4} et 99 $^{18\ sq.}$); 5, 1 et Auson. Vers. paschal. 27 sq.

98) Photii cod. CCLVIII Migne Patr. Gr. CIV p. 153 C, Cod. Theod. VII, 1, 5.

99) Cod. Theod. VII, 1, 5; Amm. Marc. XXVI, 5, 1.

100) Amm. Marc. XXVI, 5, 4.

101) Or. XIII p. 207 $^{8-11}$.

θρωπίας inscribitur[102]), coram Valente post discessum fratris et post Valentis ipsius reditum prolatam esse patet.

Rem ita fuisse verbis orationis firmatur. nam, licet Themistius utrumque principem illustret, licet utrumque fratrem alloquatur[103]), unus Valens[104]) adest. Valentinianus, qui gubernacula occidentis tenet, discernitur[105]).

Etenim Constantinopoli apud senatum laudatio recitata est[106]). ter ad orationem quandam spectatur, quam nuper[107]) Valens in curia habuerit; qua patribus privilegia promisisse vel confirmavisse videtur[108]). Valens autem primo autumno Sirmio redierat[109]). et paulo post[107]) Themistius eum, qui ad clavum orientis accesserat, hac oratione salutavit.

Iam mense Februario anni 365 Libanius ab amico ora-

---

102) Oratio VI p. 85—100 Dindorf; v. or. IX p. 152$^{27-29}$.

103) P. 85$^{2, 19}$, 93^{16}, 95^{15}; 87^{16}; 91^{28}. 104) P. 97^{18}.

105) P. 99$^{24\ sq.}$, 90$^{6-14}$.

106) P. 90^{12}, 98^{4}, 99$^{4-25}$, 100^{25}. semper autem apud Themistium magna curia in secunda regione urbis ad Augusteum (forum) sita, significatur (v. E. Oberhummer, R. E. IV p. 995$^{39-51}$). ibi Musarum Heliconis statuae positae erant (Themist. or. XXXI p. 429$^{19-24}$, XVII p. 262$^{29-31}$, XIX p. 277$^{32\ sq.}$; Zosim. V, 24, 6; Euseb. Vit. Constant. III, 54, Sozomen. h. e. II, 5, 4, Nicephor. h. e. VIII, 33 p. 124 C). atque ad Themist. or. XIII p. 217$^{1-12}$ (v. or. XVI p. 253$^{17-20}$, XXXIV p. 465 sq. $^{19-1}$) cf. Cedrenum Migne Patr. Gr. CXXI p. 616 A.

107) P. 96^{31}, 99^{6}.

108) P. 96 sq. $^{30-2}$, 99$^{5-22}$.

109) Exeunte mense Quintili Valentinianus et Valens Sirmii fuerunt (Consultat. Hermogenian. IX, 6, Cod. Theodos. V, 15, 5). deinde mense Sextili 28 Valentinianus Emonae versatur et mense Septembri 7 Aquileiae (Cod. Theod. XII, 13, 2, XII, 12, 4). initio igitur mensis Sextilis Valens Sirmio relicto iter Constantinopolitanum ingressus est. mense Decembri 16 eum in urbe fuisse Cod. Theod. VIII, 11, 1 probatur. et in urbe Valens hibernavit (Cod. Theod. VIII, 1, 9, IX, 34, 7 (dubii anni), XI, 16, 11, XII, 6, 8 (in die erratum est)).

tionem petit, quam ineunte hieme summo cum plausu habuerit[110]).

Verum Themistocles ob conscientiam interprete uti veritus non ante annum interiectum Persam alloqui poterat. Themistio integro anno, quo linguae Latinae scientiam et usum sibi compararet, non opus fuerat[111]): Valentem Graece celebravit. quippe Valens, qui linguae Graecae imperitus erat, ad vim, non ad sonum verborum spectabat[112]).

§ 9. De gratulatione consulari ad Valentem habita.

Themistius ipse orationem, qua principibus, qui Calendis Ianuariis anni 365 primum consulatum inierunt, gratulatus sit (Valentiniano nempe iterum, qui aberat), commemorat[113]). atque Libanius haec quoque gratulatio ut sibi mittatur, desiderat eadem illa epistula mensis Februarii[110]).

Exemplum ad nos non pervenit.

---

110) Liban. ep. 1223.

111) P. 85$^{7-15}$; Thucydid. I, 135, 1 sq. Libanius quoque (v. not. 18) et Gregorius Theologus (epist. 173 Migne Patr. Gr. XXXVII p. 282 C) non linguae Latinae scientiam habebant; cf. Ioann. Frideric. Cramer, De studiis, quae veteres ad aliarum gentium contulerint linguas, Sundiae 1844.

112) Or. VI p. 85$^{2-18}$, VII p. 111$^{18-20}$, VIII p. 126$^{12\ sq.,\ 21-26}$ (v. Liban. Vit. p. 152$^{6-15}$), IX p. (147$^{22-24}$), 150$^{26\ sq.}$, X p. 154 sq. $^{17-2}$, XI p. 172$^{15-20}$; cf. Amm. Marc. XXXI, 14, 5. hic quoque alterum fratrem apud Themistium designari cognoscas; nam Valentinianus erat „sollers ingenio et sermone cultissimus“ (Aurel. Victor. Caesar. epitom. XLV, 5; Auson. Centon. nuptial. epist. dedicator. § 1, Gratiar. act. XV, 68; v. Amm. Marc. XXX, 5, 9 sq.).

113) Or. IX p. 152$^{27-29}$.

§ 10. De oratione De bello victis ad Valentem dicta.

Valens, postquam Constantinopoli anno 364/65 hibernavit[109]), iter per Bithynos in Syriam vertit[114]). cum Caesareae Cappadocum versaretur[115]), Procopius Augustus mense Septembri 28 Constantinopolim ingressus est. Valens autem hieme in Galatia exacta[116]) „aperto iam vere“[117]) contra tyrannum profectus est et parta victoria mense Maio 27 (anni 366) prope Nacoliam in Phrygia urbem recuperavit. atque „exstirpatis occasu ducis funeribus belli saevitum est in multos acrius quam errata flagitaverant vel delicta“[118]).

Themistius scilicet oratione, quae *Περὶ τῶν ἠτυχηκότων ἐπὶ Οὐάλεντος* inscribitur[119]), cum seditionem compositam tum mansuetudinem, quam summam princeps in poenis ab infelicibus[119]) exigendis praestiterit, laudat[120]).

Oratio Constantinopoli apud senatum[121]) coram Valente[122]) habita est. sed compluribus mensibus post Procopium oppressum[123]) Themistius se gratulantem accessisse dicit, ut celebrare liceret eum, qui victoria non modo potitus, sed etiam bene usus esset[124]).

---

114) Amm. Marc. XXVI, 6, 11; 7, 2.

115) Amm. Marc. XXVI, 7, 2, Cod. Theod. XII, 6, 5.

116) Amm. Marc. XXVI, 7, 2—13.

117) Amm. Marc. XXVI, 9, 1. 118) Amm. Marc. XXVI, 10, 6.

119) Oratio VII p. 101—120 Dindorf; v. p. 114[23—25]; cf. or. VIII p. 132[23—26]. ceterum cf. C. Cobet, Mnemosyne II 1874 p. 3 ad Themist. or. VII p. 118[9—25], quae verba Seeck, Die Briefe des Libanius p. 209 sq., 266, 269 falso interpretatus est (Themist. p. 118[28 sq.]!).

120) P. 105[19 sq.] 121) P. 111 sq.[30—2].

122) P. 101[3, 17], 102[6, 28], 103[16], 107[17, 21 sq.], 108[23], 112[20], 118[9].

123) P. 101[3—14], 102[20—31].

124) P. 102 sq.[17—16], 104 sq.[29—23].

Itaque Harduinus ad verum satis pervenit, qui gratulationem hieme anni 366/67 posuerit[125]).

Nam „pubescente vere“ (anni 367) Valens, ut Gothis bellum inferret, urbem reliquit[126]).

§ 11. De oratione quinquennalibus Valentis habita.

Inde Valens per tres annos bello Gothico implicatus erat. Hiberna Marcianopoli, in urbe Mysiae collocabat[127]).

Iam Marcianopoli mense Martio 28 anni 368 quinquennalia egit.

Eo Themistius quoque a principe ipso accitus est[128]), ut diem festum oratione ornaret. quae oratio *Πενταετηρικός* inscribitur[129]). Marcianopolis autem urbs et verbis orationis designatur[130]) et in titulo, qui in libro Ambrosiano praefixus est[131]), commemoratur. atque Valens ipse[132]) cum Palatinis[133]) orationi aures dedit.

Verum, ut Valentis quinquennalia anno 369 insereret, Seeck, Hermes XVIII, 1883 p. 150—152 titulo quodam Latino[162]) adductus est, in quo a Theodoro Mommseno suppleto quinquennalium Valentis ita nunc mentio fit, ut sub tempus, quo Athanaricus confectus est, instituta videantur. iudex Gothorum[134]) extremo scilicet anno 369 manus dedit[194]).

125) P. 556 Dindorf.

126) Amm. Marc. XXVII, 5, 2; Cod. Theod. XII, 18, 1, XI, 17, 1.

127) Cod. Theod. VII, 13, 2, X, 17, 2, XI, 30, 35: Augustis consulibus; sed anno 368 (neque accurate Mommsen, Chronologia Theodosiana p. 247 dubitat), nam anno 369/70 Valens in urbe hibernavit (§ 14).

128) Or. VIII p. 125[5—15]. 129) Oratio VIII p. 121—143 Dindorf.

130) Ad p. 139[15 sq.] v. Amm. Marc. XXVII, 4, 12.

131) P. 569 Dindorf. 132) P. 124[6, 10], 127[26], 128[4].

133) P. 123[7, 29].

134) Themist. or. X p. 160[25—28], Seeck, R. E. II p. 1934[39—43].

Tamen, licet haud raro[135]) „lustro imperii perennis acto / quinquennalia fascibus“ [136]) dicta sint, Valentem quintum annum ineuntem egisse firmabo.

I. Theodosius enim, cum anno 383 quinto anno principatus ineunte[307]) Saturninum consulem fecisset, a Themistio summis laudibus effertur, quod consulatum quinquennalium ad hominem privatum detulerit praeter consuetudinem, primus omnium[137]), cum superioris memoriae imperatores omnes hoc censuerint, ut ne quinquennali aut decennali vertente curriculo eum magistratum, a quo annus inscriberetur, cuiquam concederent[138]). Saturninus, dux victor, id quod nemini antea tributum erat, imperatorio lustro primas in re publica homo privatus tenebat[139]).

Dicere haec Themistius non potuit, nisi, qui in orientis partibus modo Theodosio antecesserant, trabeas lustrales ipsi sibi sumpsissent[140]).

135) Antoninus Pagi, Dissertatio hypatica seu de consulibus Caesareis, Lugduni 1682 p. 87 sq., Ludovic. Schwabe, Die kaiserlichen Dezennalien und die alexandrinischen Münzen, Tubingae 1896 p. 43 sq., infra not. 140. (Ioseph. Eckhel, Doctrina nummorum veterum, Vindobonae 1798 VIII p. 482 errat.).

136) Apollon. Sidon. carm. XIII, 28 sq., cf. Mamertin. Genethliac. cap. I p. 102 [17] Baehrens.

137) Themist. or. XVI p. 248 [1—16], 250 sq. [21—2].

138) P. 250 [23—26]. 139) P. 250 [30 sq].

140) Ita Constantius VI consul Arelate mense Novembri 7 anni 353 tricennalia imperii Caesarei edidit (Amm. Marc. XIV, 5, 1; de mense Octobri 10, quem falso Ammianus praebet, v. Anton. Pagi, Dissertatio hypatica p. 90—92, 94—96 et Clinton, Fasti Romani I p. 376). idem IX consul Romae mense Maio 22 anni 357 vicennio confecto vicennalia imperii Augustei egit (v. not. 32). denique celebravit Iulianus III consul Viennae mense Novembri 5 anni 360 annorum cursu acto quinquennalia imperii Caesarei (Amm. Marc. XXI, 1, 1—4). in occidente scilicet mos orientis minus valuit. nam ratio etsi de lustris Valentiniani patris (anno 368 II consul, anno 373 IV consul) et Gratiani

Valentem autem, qui anno 368 iterum consul fuit, num anno 369 quinquennalia egisse dicas? Valentem, qui anno 373 quartum consul fuit, num anno 374 decennalia egisse concedas?

II. Deinde Valentiniani, Valentis fratris quinquennalibus et orationibus, quas Symmachus tum habuit[141]), Seeck nisus est.

Nempe fratres, qui imperium eadem hieme susceperant, hos dies una egisse cum ex re ipsa patet, tum fundamentis statuarum comprobatur, quae fratribus tum Romae dedicatae sunt. statuae caput pontis Valentiniani (hodie S. Sixti) ornaverunt. in fundamentorum autem, quae reperta sunt, altero decennalia Valentiniani, in altero decennalia Valentis sub „votis“ commemorantur[142]). ita mense Februario 25 anni 369 Valentinianum „lustrum imperialium condidisse annorum“ [143]) Seeck dixit eodem illo

(v. § 18) stat, Valentinianus, Valentiniani filius mense Novembri 21 anni 385 (Seeck, Hermes XVIII 1883 p. 152 sq.) decennium exeuntem festum habuit neque tamen consul fuit.

Verum tota haec quaestio summis ambagibus involuta est. qui eam tetigerunt, Georg. Wissowa, Religion und Kultus der Römer, Monachii 1902 p. 320 sq. laudat (addas Gothofred. ad Cod. Theodos. IV, 13, 1 = IV, 11, 1 Mommsen; XIII, 1, 1; vol. V p. 5 [not. a] ed. Ritter). iam nummis et titulis adhibitis, quos illi viri docti aut neglexerunt aut non cognoverunt, me alias plura pluribus in campo profecturum esse spero.

141) Oratio I et III p. 318—323 et 330—332 Seeck (Monument. German. historic., auctor. antiquissim. VI, 1, Berolini 1883).

142) C. I. L. VI, 31407 sq. Pons Valentiniani inter annos 365 et 367 dedicatus est (Christ. Huelsen ad C. I. L. VI, 31402—31412); pons anno 368 Symmachi or. III p. 332 [5—7] laudatur. (ubi ne pontem Gratiani, hodie S. Bartholomaei, intellegas, pons Gratiani extremo anno 369 exstructus est: C. I. L. VI, 1175 sq. = Dessau, Inscriptiones Latinae selectae I, 771 sq., et Seeck, Symmachi opera p. CXXXIII [not. 651]).

143) Symmach. or. I p. 322 [16] Seeck.

titulo commotus, quo de Valente ductus est. mense Februario[144] 25 anni 369 Symmachum Treveris Valentinianum et Gratianum, illius filium, orationibus illustravisse putat[145].

Neque in patris quinquennalibus quin Gratiani quoque laudatio[146] prodierit, dubitari potest. qua filius „solemnibus patris copulatur“[147]. etiam „aurea munuscula“ commemorantur[148], quae senatus Romanus misit[58].

Sed anni 368 mense Februario 25 quinquennalia ponenda esse haec ipsa laudatio, quae de filio adiuncta est, docet.

Nam ipsam expeditionem, cui Gratianus „imperator“ primum intererat, et quae in panegyrico laudatur[149], quam Seeck non ante ver anni 368 fuisse dicit[145], anno 367 „anni tempore iam tepente“[150] institutam esse Ammianus Marcellinus locuples auctor est[151].

Mense Sextili 24[152] anni 367 Gratianus Samarobrivae[153] a patre in consortium imperii ascitus erat. mense Octobri 13 principes Augustae Treverorum versati sunt[154]. deinde eodem[155] autumno Valentinianus „cum Gratiano Rhenum transiit“[155], ut Alamannos bello persequeretur. puer scilicet octo annorum, „cuius aetas erat etiam tum proeliorum

144) Cf. Symmach. or. I p. $322^{16\ sq.}$ Seeck.
145) Hermes XVIII, 1883 p. 151 sq., Symmach. p. XLVII not. 141 et CCX sq.
146) Oratio III p. 330—332 Seeck.
147) Or. III p. 330^{17}. 148) Or. III p. 330^{18}.
149) Or. III p. $330^{21,\ 30\ sq.,\ 36}$, $331^{24\ sq.,\ 31\ sq.}$, 332^{11-13}.
150) Amm. Marc. XXVII, 10, 6. 151) Amm. Marc. XXVII, 10.
152) Tillemont, Hist. Rom. V p. 344 sq., Clinton, Fasti Romani I p. 468.
153) V. Cod. Theod. VIII, 14, 1. 154) Cod. Iustinian. VI, 4, 2.
155) Amm. Marc. XXVII, 10, 6.

inpatiens et laborum,“ in pugna Solicinensi[156] „apud signa retro detinebatur“[157]. „hisque tali casuum diversitate perfectis milites ad hiberna, imperatores Treveros reverterunt“[158]. Mense Novembri 18 iterum ibi versati sunt[159].

Symmachus autem mense Februario proximi anni, i. e. anni 368 „si quis interrogabat, quando inclytus Gratianus dilectui nomen obtulisset, respondit libere: quando imperatoris accepit“[160].

III. Denique quattuor annorum orbem, qui prospere confecti sint, a Themistio ipso in quinquennalium oratione per ambages significari cognoscas. per triennium enim, i. e. annis 364, 365, 366 vectigalia a Valente non aucta erant. sed ne quarto quidem anno, i. e. anno 367 ita factum est, quamquam nova expeditio in Scythas parabatur. verum de quinto anno non loquitur orator[161].

IV. Titulus[162] autem, qui Mommseni auctoritate tantos errores movit, in oppidulo Assarlyk quod hodie cognominatur, inventus est.

Quod oppidulum Moesiae inferioris est non procul ab

156) Rotenburgi?: Schiller, Geschichte der römischen Kaiserzeit II p. 379 not. 6. falso Tillemont, Hist. Rom. V p. 81 et Clinton, Fasti Romani I p. 470 hoc proelium et expeditionem anno 368 posuerunt.
157) Amm. Marc. XXVII, 10, 10.
158) Amm. Marc. XXVII, 10, 16.
159) Cod. Theod. VI, 35, 7.
160) Symmach. or. III p. $331^{31\ sq.}$
161) Themist. or. VIII p. 134 sq. $^{32-10}$ (cf. orat. VIII p. 134^{10} —137^{12}, X p. 154^{12-16}, XI p. 171^{14-18}; Ammian-Marcell. XXXI, 14, 2; Aurel. Victor. Caesar. epitom. XLVI, 3).
162) C. I. L. III, (6159 =) 7494 = Dessau, Inscriptiones Latinae selectae I, 770. verba vero, quae lapis praebet, iam recte cognita sunt. ipse exemplum scheda expressum contuli, quod A. de Domaszewski mihi mittendum curavit.

ostio Istri fluminis ad quandam lacunam situm[163]); olim Cius castellum fuit[164]).

Deinde lapidis verba, postquam alii alia coniecerunt[165]), a Mommseno suppleta[170]) et recepta ab Alfredo de Domaszewski et Hermanno Dessau[162]) haec sunt:

D. n. invictissimus princeps Fl. V]alens victor maximus triumfator semper Aug., in fidem recepto rege Athan]arico, victis superatisque Gothis ingruente item in victorias illa]s tempore feliciter[166]) quinquennaliorum . . . . hunc burgum] ob defensionem rei publicae extruxit labore . . . . devotissi[167])] morum militum suorum Primanorum et . . . . commissor]um cure[171]) Marciani trib. et Ursicini[168]) p(rae)p(ositi) semp(er) vestri adiuvante[169]) Fl. Ste]reorico viro clarissimo duce.

Iam anno 368 Valentem quinquennium iniens de more egisse Mommsen concedit. quod autem, si titulum sequimur, sub tempus, quo Athanaricus se in potestatem Valentis permisit, quinquennalia celebrata videntur, i. e. anno 369, Mommsen scrupulum ita eximit, ut ob lacunas tituli, quae ratio inter diem festum et Athanaricum in ditionem redactum intercessisset, perspici non posse dixerit[170]).

---

163) C. I. L. vol. III supplement. part. poster., tabul. IV litter. D/r.

164) C. Patsch, R. E. III p. 2624.

165) Seeck, R. E. II p. 821 $^{15-19}$ falso coniectura quadam, quam falsam A. de Gutschmidt, Hermes XVII, 1882 p. 262 fecit, nisus est.

166) Cf. C. I. L. VI, 1097, 1203, 1204 et Nazarii panegyr. Constant. cap. XXXVIII p. 243 $^{13\,sq.}$ Baehrens; in nummis vero lustro „feliciter" acta persaepe laudantur: G. Wissowa, R. E. IV p. 2266 $^{25-66}$.

167) Cf. I. C. L. III, 88 $^{2-5}$.

168) Ursicinus, magister equitum (v. C. I. L. III, 88 $^{3-5}$, 5670 $^{a\,4-6}$), qui apud Ammianum Marcellinum laudatur, designari videtur: Vict. de Gardthausen, Hermes XVII, 1882 p. 264 sqq.

169) Cf. C. I. L. III, 5670 $^{a\,3-7}$.

170) Hermes XVII, 1882 p. 526.

Tamen, cum vis non adhibenda sit et falso Seeck[145]) de anno 369 cogitaverit, verba non recte suppleta esse efficitur.

Ac mihi de Domaszewski interroganti „in solo barb]arico" scribendum esse respondit.

Et, qui erat, nodus expeditus est, ubi haec verba posueris:

D. n. invictissimus princeps Fl. V]alens victor maximus triumfator semper Augustus in solo barb]arico victis superatisque Gothis ingruente in victorias illa]s tempore feliciter quinquennaliorum hunc burgum a fundamentis[171])] ob defensionem rei publicae extruxit manu[172]) . . . . devotissi]morum militum e. q. s. r.

Coniectura denique vel ad certam fidem illo titulo anni 185 perducitur, qui Commodum „ripam omnem" Danuvii fluminis „burgis a solo extructis munivisse" docet[173]).

A Themistio vero, qui bello Gothico confecto Valenti initio anni 370 gratulatur, ipsa Castra Ciensia multis et apertis verbis designantur[174]). loca, paludes, lacunae, ubi

---

171) „Castra Ciensia" scribendum de Domaszewski mihi proposuit. quamquam cf. C. I. L. III, 88 $^{4\,sq.}$ 3653 $^{7-9}$, 5670 $^{a\,3\,sq.}$, (... 12376); 3751, 3769—3772, 10691. denique de voce burgi v. Seeck, R. E. III p. 1066 sq.

172) De Domaszewski litteris mihi datis: v. C. I. L. III, 88 $^{3-5}$, 3653 ^{10}, 5670 $^{a\,11-13}$.

173) C. I. L. III, 3385 $^{4\,sq.\,et\,9}$ (v. III, 10312 sq.).

174) Themist. or. X p. 163 sq. $^{6-27}$; ad p. 163 $^{13-25}$ v. Zosim. IV, 1, 12 (ubi eadem fere verba sunt ubique pro ἕλεσι F. Reitemeier. falso ὄρεσι propter Ammian. Marcell. XXVII, 5, 3 scripsisse Themistii verbis cognitis apparet). ad p. 162 sq. $^{7-4}$ et 164 sq. $^{28-4}$ v. Schiller, Geschichte der römischen Kaiserzeit II p. 376 sq., addas C. I. L. III, 10596 = Dessau, Inscriptiones Latinae selectae I, 762; p. 163 $^{2-4}$ vero nescio an vallum Traianum sub illud tempus ductum (Ern. Desjardins, Revue archéologique XVII, 1868 p. 259) significetur.

condita et sita erant, belle describuntur. namque Themistius castellum ipse viserat [175]).

§ 12. De adhortatione ad Valentinianum puerum scripta.

Anno 368 exeunte Themistius, si non iterum eodem anno Marcianopolim profectus sit, at se profectum esse fingit [65]).

Valentinianus enim, filius Valentis, puer [176]) trium annorum [177]), cui Galates cognomen erat [177]), Calendis Ianuariis anni 369 cum Aurelio Victore [178]) primum consulatum iniit.

Huic puero in ulnis circumlato [179]) Themistius gratula-

---

175) Or. X p. $163^{6\text{ sq.}}$; v. § 13.

176) Themist. or. IX p. $144^{2,\,17-19}$, 144 $^{\text{sq. }23-22}$, 146^{15-18}, $147^{4,\,25}$, 150^{10}.

177) Mense Ianuario 18 anni 366 (Idat. Fast., Chronic. Alexandr.) puer in Galatia natus erat, cum pater adversus Procopium decertabat: Themist. or. IX p. $144^{18\text{ sq.}}$, 146^{15-18} (cf. Herodian. I, 5, 5 et Claudian. De III consulat. Honorii v. 14—17).

178) Themist. or. IX p. 144^{19-21}; v. p. 153^{10-14}. Victor quoque or. VIII p. $139^{6\text{ sq.}}$ designatur (ubi alter Arinthaeus est: Seeck, R. E. II p. 831 sq.). sed falso or. XI p. 177^{26-34} Harduinus Victorem intellegi vult, ubi ab Modestum spectatur, qui consul annorum 370—377 Valentem in Mesopotamiam comitatus est (Seeck, Die Briefe des Libanius p. 216 sq.).

179) Or. IX p. 144^{23}, XI p. $249^{32\text{ sq.}}$ ceterum or. XI p. 249^{23-34} praeter Valentinianum, Valentis filium et Arcadium, Theodosii filium significantur: Varronianus, infans consul anni 364 (Temist. or. V p. $84^{20\text{ sq.}}$), Gratianus, puer sex annorum consul anni 366 Valentinianusque, Valentiniani filius paulo ante mensem Novembrem 22 anni 371 natus (Tillemont, Hist. Rom. V p. 349 sq. rectam rationem inisse Themistii verbis probatur), consul anni 376. iam de Honorio, altero filio Theodosii v. not. 324.

tionem laudationemque, quae *Προτρεπτικὸς Οὐαλεντινιανῷ νέῳ* inscribitur [180]), dicavit.

Oratio laudibus patris potius et Valentiniani, patrui abundat [181]). filius versibus Hesiodi audiendis contentus erat, quos cum postea intellecturum esse Themistius consolatur [182]).

Oratio autem Marcianopoli, ubi princeps iterum [127]) hiberna egit [183]), ad Istrum flumen et media Scytharum hieme [184]) habita vel (potius) eo missa est. in fine exponitur urbem adventu consulum iam ipsam delectandam esse [185]).

§ 13. De orationibus Istriensibus ad Valentem dictis.

Iterum (vel tertium) Themistius Istrum flumen petivit aestate anni 369.

Tum in pace cum Athanarico facienda suas partes egit. quippe a senatu legatus est, qui principem, ut tandem bello finem imponeret, admoneret [186]).

Valens autem mense Quintili 5 Novioduni in Moesia inferiore prope ostia Istri fluminis versatus est [187]). atque quae Gothi precibus non impetravissent, Themistius se sermonibus et humanitatis laudibus (*Ὑπὲρ φιλανθρωπίας*) effecisse gloriatur [188]). iam enim Valens „spectator adhuc

---

180) Oratio IX p. 144—153 Dindorf.

181) P. $144^{2,\,10,\,24}$, 145^{4}, 146^{20-26}, 147^{4-24}, 148 sq. $^{15-21}$, $150^{3\text{ sq.}}$, 151^{8}, 151^{18}—153^{1}.

182) P. 145^{31} sq.

183) Amm. Marc. XXVII, 5, 5, Zosim. IV, 11, 1; Cod. Theod. X, 20, 4, IX, 21, 7, VII, 4, 15.

184) P. 145^{2} (ad p. 145^{4-9} cf. Claudian. De III consulat. Honorii v. 29—32); cf. p. 150^{5-7} (Ausonius significatur).

185) P. 152 sq. $^{32-14}$. 186) Or. X p. 158^{30-32}.

187) Cod. Theod. X, 16, 2, X, 21, 1; Amm. Marc. XXVII, 5, 6.

188) Or. X p. 158 sq. $^{21-6}$; Amm. Marc. XXVII, 5, 7.

aequissimus rerum, antequam (adulationum perniciosis inlecebris captus) rem publicam funeribus perpetuo deflendis adfligeret, in commune consultans pacem dare oportere decrevit"[189]). aegre scilicet et difficulter Themistius ei persuasit[190]).

Orationum, quas multas[191]) philosophus de pace danda tum habuit, nulla exstat.

Per totam autem vitam Themistius memoriam diei tenuit[192]), quo reges „navibus remigio directis medium in flumen" foedus coierunt[193]).

Ineunte hieme anni 369/70 pax facta est[194]).

§ 14. De oratione De pace ad Valentem dicta.

„Bello composito et acceptis obsidibus" Valens extremo mense Decembri anni 369 Constantinopolim rediit[195]). Constantinopoli hibernavit[200]).

Ibi Themistius victorem, victoriam, principis pacis

---

189) Amm. Marc. XXVII, 5, 8. 190) Or. X p. 159^{4}.

191) Or. XI p. $171^{29\ sq.}$

192) Or. X p. $158^{16\ sq.}$, v. p. 163^{7}. (eadem verba or. XVI p. $244^{9\ sq.}$ de pace Gothica anni 382 exstant).

193) Amm. Marc. XXVII, 5, 9, Themist. or. X p. 158^{17-21}, 159 sq. $^{6-18}$ et XI p. 174^{5-9}.

194) Amm. Marc. XXVII, 5, 6, Cod. Theod. X, 10, 11. Frider. Reiche, Chronologie der letzten sechs Bücher des Ammianus Marcellinus, Liegnitz 1898 (diss. Ienensis) p. 26, qui pacem aestatis anni 369 apud Themistium notatam invenit, or. X p. 160^{1-5} ductus videtur. etiam p. 158^{10-12} (cf. p. 159^{8-10}) et p. 166^{10-14} verba quae exstant, quam adulatorie dicta sint, Ammianus Marcellinus XXVII, 5, 2—6 docet.

195) Amm. Marc. XXVII, 5, 10, Zosim. IV, 11, 4; Cod. Theod. (X, 10, 11), V, 1, 2.

amorem oratione, quae 'Επὶ τῆς εἰρήνης Οὐάλεντι inscribitur[196]), praedicavit; ac Valens Gothicus celebratur[197]).

Panegyrico autem quasi novum tributum novi anni, i. e. anni 370 solvitur[198]). nam aliquamdiu Themistius, ne molestus et importunus nihil flagitanti videretur, accedere cunctatus erat[199]). sed eius precibus, qui, cum in urbe permanere cogebatur, inter orationes et disputationes hiemem traducebat, non restitit[200]).

Proinde Themistii orationem exeunte mense Ianuario aut mense Februario anni 370 habitam esse efficias. habita est apud senatum[201]) coram principe[202]).

Valens autem non ante mensem Aprilem 9 urbe excessit. tum enim eum Ecclesiae Apostolorum dedicatae[203]) interfuisse verisimillimum est.

---

196) Oratio X p. 154—168 Dindorf; v. p. 156^{10-16}.

197) P. 167^{12-14}; v. C. I. L. VI, 1175^{3}; itemque epistula dedicatoria Breviarii Eutropi in libris Leydensi et Bertiniano „Domino Valenti Gothico" inscribitur. alias vero Gothi apud Themistium Scythae vel Getae vocantur (cf. E. de Wietersheim, Geschichte der Völkerwanderung, Lipsiae 1880^{2} I p. 597—621).

198) P. 154^{6-8}, v. $^{14-17}$ (hae scilicet laudes saepius a Themistio decantantur). Themistius autem Romanam digestionem annorum ordine consulum ordinariorum institutam adhibuit (or. XVI p. 248^{30-33}). etenim annus Constantinopolitanus (nunc ecclesiae Graecae), qui Calendis Septembribus iniit, non ante saeculum VI (in Chronico Alexandrino) primam auctoritatem praebet. anno 691 in actis concilii Trullani primum occurrit (E. Schwartz, R. E. III p. 2460—2470).

199) P. 154^{2-5}.

200) P. $154^{5\ sq.}$, 155^{8-11}. (v. Pseudo-Dionys. Rhetoric. vol. II, 1 p. 257 sq. $^{22-5}$ Usener-Radermacher; cf. Horat. carm. III, 4, 37 sqq.).

201) P. $158^{30\ sq.}$ 202) P. 154^{12}.

203) Idat. Fast., Chronic. Alexandr.

§ 15. De oratione decennalibus Valentis habita.

Mense Novembri 10 anni 371 Valens Antiochiam introivit[204].

Inde per sex annos cum Persis rem gessit. Hierapolim per aestates profectus est. hiemes Antiochiae degebat[204].

204) Anno 370 Valens, qui priorem partem aestatis Nicomediae degerat, Antiochiam profecturus (per Cyzicum?: Cod. Theod. XI, 36, 17: mense Iunio 10) Caesaream (Sozom. VI, 15, 1, v. 16, 1) venit (Clinton, Fasti Romani I p. 427; de adventu Antiochensi Sievers, Das Leben des Libanius p. 140 $^{\text{not. 36}}$ et p. 372 et Mommsen, Chronologia Theodosiana p. 249 errant). Caesarea Constantinopolim revertit ibique anno 370/71 hibernavit (Cod. Theod. XI, 31, 6, XIII, 10, 7, XIII, 5, 14, XII, 1, 74, XI, 21, 1).

Deinde anno 371 per Ancyram (Cod. Theod. XII, 1, 76) mense Novembri 10 Antiochiam advenit (Clinton, Fasti Romani I p. 476).

Antiochiae hibernavit anno 371/72 (Amm. Marc. XXIX, 1, 4; Cod. Theod. VI, 4, 19, XI, 4, 1). mense Ianuario 6 scilicet Caesareae fuit (Clinton, Fasti Romani I p. 479 ^{b}). et visit Edessam eadem hieme (Socrat. IV, 18, Sozomen. VI, 18). Antiochiae iterum hiems anni 372/73 transacta est (Amm. Marc. XXIX, 2, 21). ibidemque Valens egit hiemes annorum 373/74 (Cod. Theod. X, 20, 8, X, 22, 1, IX, 21, 8), 374/75 (Cod. Theod. VII, 13, 7), 375/76 (Cod. Theod. XII, 1, 79, I, 28, 3, VI, 4, 24), 376/77 (Amm. Marc. XXXI, 7, 1; Cod. Theod. VIII, 7, 14, VII, 4, 17), 377/78 (Amm. Marc. XXXI, 11, 1, Oros. VII, 33, 12).

Iam anni 378 mense Maio 30 (Idat. Fast.) Valens Constantinopolim ingressus est. inde „moratus paucissimos dies" (Amm. Marc. XXXI, 11, 1) mense Iunio 11 (Idat.) contra Gothos contendit.

Hadrianopoli decertatum est (v. Themist. or. XVI p. 252 $^{2\ \text{sq.}}$); neque post mensem Sextilem 9 Valens „usquam apparuit" (Idat.; v. Eunap. Vit. sophist. p. 480 sq. $^{54\ \text{sq.}}$ Boissonade [2]).

Hierapoli autem leges datae sunt anno 373 (Cod. Theod. XIV, 13, 1, I, 29, 5 (scribas „AA conss.": illud „III conss." e „IIII conss.", illud „IIII conss." e „AA conss." ortum est), XVI, 2, 19) et anno 377 (Cod. Theod. X, 16, 3, VII, 6, 3, VI, 2, 12; XVI, 6, 2 (Hierapoli pro Constpli)). (Mommsen, Chronologia Theodosiana p. 249 constitutiones anni 373 falso anno 370 posuit: v. Tillemont, Hist. Rom. V p. 374—377).

Antiochiae igitur anno 373 mense Martio 28 decennalia solemniter celebrabantur[205].

Themistius quoque principe instante[206] gratulatus est. *Δεκετηρικός, ἢ περὶ τῶν πρεπόντων λόγων τῷ βασιλεῖ* gratulatio inscribitur[207].

Oratio Antiochiae coram principe[208] dicta est. quod vero Harduinus ob urbem Constantinopolitanam in oratione non parce laudatam et descriptam[209] Constantinopoli orationem habitam esse vult, Themistius ipse principem apud Syros morari[210] et integram expeditionem contra Persas parare[211] et ad Euphratem et Tigrim flumina castra habere[212] significat. deinde Valens ipse Themistium appellaverat et, ut laudaret, admonuerat[213]. id quod facere non potuit Constantinopoli[204]. bis vero Byzantii ita mentio fit, ut oratorem alibi locutum esse appareat[214]

Paulo ante, quam oratio habita est, Galates, Valentis unicus filius et heres imperii, praematura morte obierat (initio anni 373)[215].

§ 16. De oratione, qua gratulatio ex tempore dicenda Valenti abnegatur.

Haec decennalium gratulatio egregium commentarium illius Themistii scriptiunculae praebet, quae *Πρὸς τὸν ἀξιώσαντα λέγειν ἐκ τοῦ παραχρῆμα* inscribitur[216].

205) V. § 11. 206) V. § 16.

207) Oratio XI p. 169—182 Dindorf; v. p. 171 ^{15}; 169 $^{11-13}$, 170 $^{3-10}$.

208) P. 171 $^{22-28}$, 172 sq. $^{7-17}$, 173 ^{9}. 209) P. 179 ^{12}—181 ^{2}.

210) P. 180 $^{29\ \text{sq.}}$ 211) P. 177 $^{1\ \text{sq.},\ 9-14}$; cf. Zosim. IV, 13, 2.

212) P. 177 $^{17\ \text{sq.}}$

P. 177 $^{15-17}$ Terentius (Ammian. Marcell. XXVII, 12, 4. 10. 16, XXX, 1, 2., 2, 2) et Arinthaeus (ibidem XXVII, 12, 13. 15) designantur.

213) V. § 16. 214) P. 171 ^{29}, 173 ^{8}.

215) P. 182 $^{8-13}$, Socrat. h. e. IV, 26, 20 sqq.; Tillemont, Hist. Rom. V p. 165.

216) Oratio XXV p. 374 sq. Dindorf; cf. or. XXV p. 375 $^{3-5}$

In exordio enim gratulationis Themistius ab iis, qui audiunt, ne irascantur, petit, si paululum gloriari videatur. nimirum uti debitum solveret, a principe, qui se vidisset, ilico coram omnibus se monitum esse. nec deinceps Valentem sollicitare desiisse, donec confectis illi muneribus, qualia brevi temporis spatio comparare potuerit[217]), nunc obsecutus sit. et maioribus laudibus Valens in eodem exordio ornatur, qui, etsi ceteras sermonum artes colat, illam tamen solam ad se vocet, a qua sciat longe mendacium abesse; Valentem, si ea metu 'cunctetur[198]), hoc non ei permittere et ei spatium ad sese parandam petenti, ne det, recusare[218]).

Sic Themistius illam scriptiunculam, qua se ex tempore dicere posse negat, quin ad Valentem dederit, a quo, ut ex tempore diceret, erat rogatus[216]), et id Antiochiae[219]) ante decennalium diem, dubitari posse non videtur.

Iam Valens vir ille egregius[220]) est, qui a Themistio, ut statim illa die opus aliquod conficeret, efflagitabat[221]). iam a Valente Themistius iustum aliquod temporis spatium ad eius imaginem exprimendam hac oratione petit[222]). Valentis fidem, iustitiam, virtutes Themistius otio concesso iamiam se illustraturum esse promittit[223]).

Neque tamen otium Valens concessit[217]) neque pulchris illis prioribus Themistii oratiunculis[224]) contentus erat. Themistius, quin in medium procederet, facere non potuit; et novas Valentis humanitatis laudes decennalibus protulit[225]).

(XXVII p. 401$^{9\ \mathrm{sq.}}$, XXIX p. 417^{8}), XXIX p. 418$^{1-4}$, XXVI p. 377$^{16-19}$ (or. XXI p. 317$^{9\ \mathrm{sq.}}$; v. Philostrat. Vit. sophist. praefat. § 4, II, 4, 4., 24, 1), XVI p. 245$^{26\ \mathrm{sq.}}$, XX p. 291$^{18-20}$; v. E. Rohde, Der griechische Roman und seine Vorläufer, Lipsiae 1900^{2} p. 332—335.

217) Or. XI p. 171$^{8-12}$; cf. or. XXIX p. 418$^{1-6}$.

218) P. 171$^{2-5}$, v. p. 171 sq. $^{5-6}$.

219) V. or. XXV p. 374 sq. $^{20-1}$.

220) P. 374^{17}.

221) P. 374$^{18\ \mathrm{sq.}}$

222) P. 375$^{2-5,\ 19\ \mathrm{sq.}}$

223) P. 375$^{15-21}$.

224) P. 374$^{19\ \mathrm{sq.}}$, 375^{21}.

225) Or. XI p. 172$^{25\ \mathrm{sq.}}$, 174$^{19-21}$; v. p. 172^{17}, 182$^{9\ \mathrm{sq.}}$, 174 sq. $^{32-10}$.

§ 17. De religionis libertate apud Valentem laudata.

Duobus annis post Themistius iterum in Syriam venit. cum mortuo Valentiniano litteras consolatorias senatus Constantinopolitani Valenti fratri attulisse Seeck probabiliter coniecit[226]); Valentinianus mense Novembri 17 anni 375 Brigetione, in urbe Pannoniae defunctus est.

Certe in hoc itinere Antiochiae oratio De religionis libertate habita est. *Προσφωνητικὸς λόγος* orationem inscriptam fuisse auctores Christiani auctores sunt[229]).

I. Sed orationem ad Valentem datam De religionibus, quae Latina exstat[227]), quam viri docti Themistii putaverunt, Ricardus Foerster spuriam probavit[228]). Andreas Dudith, vir doctus Vratislaviensis saeculi XVI orationem in suae aetatis religionum certamina respiciens scripsit[228]).

Illius autem orationis spuriae auctor ea re nititur[230]), quod Socrates in Historia ecclesiastica amplum argumentum orationis praebet, quam Themistius, ut Valentem in catho-

226) Seeck, Die Briefe des Libanius p. 303.

227) Oratio XII p. 184—197 Dindorf.

228) Neue Jahrbücher für das klassische Altertum, Geschichte und deutsche Literatur und Pädagogik VI, 1900 p. 74—93 (p. 87 sq.!).

229) Socrat. h. e. IV, 32, Sozom. h. e. VI, 36, 6—37, 1, Nicephor. h. e. XI, 45 p. 729 C/D, Hist. tripart. VIII, 12 Migne Patr. Lat. LXIX p. 1118.

Quod autem Historiae tripartitae auctorem ex oratione „librum“ fecisse Foerster l. l. p. 75 miratur, Themistii oratio II (p. 28^{15} Dindorf), Themistii Philopolis (Liban. ep. 729), Symmachi oratio V (Symmach. ep. I, 105) libelli ipsae quoque vocantur. eademque vox de epistula, quam Constantius de Themistio ad senatum Constantinopolitanum scripsit, usurpatur (Themist. or. II p. 30$^{24\ \mathrm{sq.}}$). singulae scilicet orationes, quae ad amicos deferebantur, membrana vestitae erant (v. Liban. ep. 1492 et Horat. serm. I, 5, 104., 10, 4).

licos exacerberatum mitigaret, Antiochiae habuerit[229]. argumentum scilicet Dudithius auxit floribus ex ea oratione decerptis[231], qua Themistius Ioviani indulgentiam anno 364 praedicaverat[95]. inde factum est, ut in Dudithii oratiuncula laudes Ioviani inepte de Valente repetitae inveniantur; nempe, quae recte de Ioviano Themistius praedicat, Dudithius prave in Valentem transfert eius indulgentiam extollens.

II. Tamen ipsa oratio quaedam a Themistio De religionis libertate apud Valentem habita quin praesto fuerit Socrati, dubitari non potest. duae sententiae, quas affert, in illa Ioviani laudatione eaedem fere inveniuntur; ut solet Themistius sententias repetere.

Numerum dogmatum Christianorum, licet magnum, exiguum esse pro gentilium variis opinionibus in utraque oratione commemoratur et hac varietate deum delectari[232]. adde, quod hic et illic eadem verba de deo adhibentur, quem, quod non facilis sit cognitu, ob id ipsum maxime veneremur[233].

Oratio Antiochiae coram Valente dicta est[234] sub tempus, quo Valentinianus, Valentiniani filius (minor natu), Augustus renuntiatus erat[235]. qui quinque diebus post patris mortem renuntiatus est (mense Novembri 22 anni 375). oratio dicta est, antequam Gothi ab Hunnis finibus

230) Pseudo-Themist. or. XII p. 192^{3-6}, 194^{4-16} Dindorf.

231) Foerster, Neue Jahrbücher VI p. 76—78.

232) Themist. or. V p. 83^{8-13}, Socrat. h. e. IV, 32, 3. de Syris vel Assyriis, qui apud Themistium Christiani valent, praeterea cf. or. VII p. 107^{11-14}, XI p. 175^{17-21}, XIX p. 278^{28-30} = Proverb. Salomon. XXI, 1; or. XXIV p. 362^{17-20} ad carmen sacrum ecclesiae spectatur.

233) Themist. or. V p. 82^{11-13}, Socrat., h. e. IV, 32, 3.

234) Socrat. h. e. IV, 32, 1; v. not. 204.

235) Socrat. h. e. IV, 31; Sozom. h. e. IV, 36, 6.

expulsi in fidem Romanam recepti essent[236]. vere anni 376 legatio Gothica Antiochiam venit[237].

Quodsi, ubi primum nuntius de morte Valentiniani allatus est, Themistium Constantinopoli profectum esse concesseris initio anni 376 orationem emissam esse sequitur.

„In eam autem amentiam haereticos prolapsos et in eum furorem eos progressos esse intuearis, ut etiam gentiles ad commiserationem catholicorum inflexerint“[238].

Iam extremo anno 377 vel initio anni 378 Valens, „cum ultima infelicis belli Gothici[204] sorte traheretur“, orthodoxis, ut ad ecclesiam Edessenam reverterentur, permisit[239].

§ 18. De oratione amatoria, qua Gratianus ornatur.

A Valente Themistius, ut Gratiano[240], fratris filio decennalia gratularetur „occidentis usque ad ultimum sinum“ legatus est[241]. Romae[242] ad senatum[243] oratio dicta est, quae *Ἐρωτικός, ἢ περὶ κάλλους βασιλικοῦ* inscribi-

236) Socrat. h. e. IV, 33 sq.; Sozom. h. e. VI, 37.

237) Clinton, Fasti Romani I p. 488, Eunap. De legationib. p. $596^{1 sq.}$ de Boor (Excerpta historica iussu Constantin. Porphyrogenit. confecta, I, 2, Berolini 1903).

238) Caesar. Baronius, Annal. ecclesiastic. vol. V cap. IX p. 391^{a} ed. Aug. Theiner, Parisiis 1866.

239) Oros. VII, 33, 12; Rauschen, Jahrbücher der christlichen Kirche I p. 29.

240) Or. XXXI p. 429^{5-7}.

241) Or. XIII p. 203^{11}, $210^{5 sq.}$, 215^{21-23} (v. Horat. epod. I, 13); $200^{27 sq.}$, 206^{26-29}, 220^{29}; v. or. XXXIV p. 470^{8-12}.

242) Or. XIII p. 218^{11-27}, 219^{21}—221^{9}; v. or. XXIII p. 359 sq. $^{12-7}$ et XXXI p. 428^{28-33}.

243) Or. XXXIV p. 741^{5-8}; cf. or. XIII p. 199^{24}, $218^{20, 26 sq.}$, $219^{3 sq.}$, $220^{14 sq., 25 sq.}$

tur[244]). Coloniae Treverorum vero quod Gratianus versabatur[245]), postquam anni 367 mense Sextili 24[152]) imperator factus erat, in Treveros Themistium profectum et inde principem Romam comitatum esse Tillemont et Seeck voluerunt[246]). quamquam e Thracia, velut ab Argonautis olim Orphea, Themistius se a patribus Romanis non modo accitum, sed etiam deductum esse dicit[247]). et Constantinopolis urbs in Thracia sita erat. „Thracia" ab Ausonio quoque pro urbe orientis usurpatur[248]). noli autem de Theodosio et de Valente illo loco abuti, ubi tam similem utriusque ingenium Themistius praedicat, ut quasi unam personam sibi videatur ad Rhenum et ad Tigrim flumen conspexisse[249]). fluminum enim nominibus nil nisi occidentalis et orientalis plaga significatur. quippe nunquam Theodosius illas regiones, quas Tigris flumen alluit, vidit. imperium magnum ita illustrabatur[250]).

Alter error e priore errore originem cepit. Harduinus[251]) et Seeck hanc Themistii gratulationem (Romae) coram Gratiano habitam esse dicunt. tamen Romae principem non adfuisse verba docent, quibus, ut Rheno flumine relicto urbem triumphans iam introeat, princeps invitatur[252]). brevi adventus a civibus exspectabatur[253]); cives

244) Oratio XIII p. 198—221 Dindorf.

245) Mommsen, Chronologia Theodosiana p. 247—252, Themist. or. XIII p. $216^{18\ sq.}$, $220^{15-19,\ 28\ sq.}$, XV p. 242 sq. $^{32\ sq.}$

246) Tillemont, Hist. Rom. V p. 241, Seeck, Die Briefe des Libanius p. 303.

247) Or. XIII p. 219^{7-11}.

248) Auson. Gratiar. act. XVIII, 52: v. Ioannis Antiocheni frg. 66 (Excerpta historica iussu Constantin. Porphyrogenit. confecta, II, 1 p. 202) = Suid. in voce Gratiani.

249) Or. XV p. 242 sq. $^{30-4}$.

250) Pohlschmidt, Quaestiones Themistianae p. 64 $^{not.\ 1}$.

251) P. 608 Dindorf. 252) P. 220^{6-11}, 220 sq. $^{25-1}$.

253) P. 226^{2-11}. (v. Sueton. Vit. Terent. p. 26 sq. $^{4-4}$ Reifferscheid).

urbem ornaturi sunt[254]). accedit, quod Themistius tertiam personam de Gratiano loquentem facit[255]). quod autem vi laudum et verborum latus nonnunquam principem, tamquam si adsit, appellat atque vocat[256]), hoc non in hac sola oratione observatur[257]).

Praeter Gratianum Valens patruus[258]) clavum orientis tenens[259]), qui ad Euphratem et Tigrim flumina cum Persis rem gerebat[260]), qui Themistium Romam legaverat[261]), oratione laudatur. Valentem quoque Romam venturum esse Themistius, ut ornamenta sermonis et laetitiam augeat, fingit[262]). re vera enim nequaquam inter principes post Valentinianum mortuum bene convenit[263]). nam Valens „virtutibus Gratiani verebatur"[264]).

Quo autem anno Gratianus triumphum Romanum et decennalia egerit, prae tenebris et ambagibus, quibus lustra imperatorum Romanorum obruta sunt[140]), diiudicari pro certo nunc non potest. quamquam anni 377 mense Sextili

254) P. 219^{21-25}.

255) P. 208^{7}, 212^{4}, 213^{21}, $214^{12,\ 20,\ 22}$, 215^{13}, $216^{3,\ 11,\ 17}$, 219^{17}, $220^{6,\ 13}$.

256) P. 203^{8-10}, 205^{16}, 210^{1}; v. p. $207^{10\ sq.}$

257) P. § 8 sq.; cf. § 1 et 3.

258) P. 207^{29}. 259) P. 206^{28}, 207^{29}.

260) P. 203 sq. $^{24-16}$, 206^{25-27}, $220^{18\ sq.,\ 28}$. 261) P. 206^{25-29}.

262) P. 220 sq. $^{25-1}$.

263) Richter, Das weströmische Reich p. 295 et 487 sq.

264) Amm. Marc. XXXI, 12, 1; v. 12, 7. iam Valentinianus II, alter Valentiniani filius, utpote qui consors honoris, non potestatis imperii a Gratiano fratre ascitus esset (I. B. de Rossi, Inscriptiones Christianae urbis Romae I p. 121, Romae 1857—1861) in panegyricis Themistii non laudatur: v. or. XIII p. 217^{26} et XV p. 239^{1}. sic tertius ille, quem bigis principum brevi adiunctum iri or. XV p. $243^{4\ sq.}$ Themistius dicit, Arcadius, filius Theodosii est (neque recte Tillemont, Hist. Rom. V p. 397 Harduino obloquens de Valentiniano II interpretatus est).

23 decennium confectum celebratum esse verisimile est[265]); hoc anno Gratianus (quartum) consulatu functus est. eademque ratio constitutionibus confirmatur, quae anno 376 et anno 377 Treveris datae sunt. quibus cum anno 376 principem usque ad mensem Quintilem 8 ad Rhenum flumen versatum esse probetur[266]), annus 377[267]) inde post mensem Martium 29, quo princeps in Italia fuisse videtur, vacat. mense Septembri scilicet 17 anni 376 et anni 377 Treveris iterum praescriptum est[268]). leges Romanae desiderantur.

Proinde anni 377 mensi Quintili vel ineunti mensi Sextili Themistii orationem, quae exstat, tribuas[269]).

Nempe decennalia mense Sextili 23 ipsa quoque altera quadam oratione celebrata esse probabilius est. nam maximas gratias Gratianus postea senatui Constantinopolitano de hoc legato scripsit[270]).

---

265) Mense Sextili 24 anni 371 a Gratiano II consule quinquennium iniens quod celebrabatur (v. Cod. Theod. IX, 38, 5), non obstat; v. not. 307.

266) Cod. Theod. XV, 7, 3, (IX, 19, 4 proposita Romae: error inest), XVI, 5, 4, XVI, 2, 23, I, 32, 2.

267) Cod. Theod. IX, 35, 3, XIV, 3, 15, (VIII, 5, 34?: v. Mommsen ad I, 15, 8), I, 32, 3.

268) Cod. Theod. IX, 35, 2, XI, 2, 3 (cf. IX, 20, 1 et XI, 39, 7: Treveris mense Ianuario 12 anni 388).

269) Harduinus p. 608 Dindorf ratione omissa orationem mense Aprili aut mense Maio anni 377 ponit. Seeck, Die Briefe des Libanius p. 303 annum 376 laudat. Tillemont, Hist. Rom. V p. 241 et 397 rem in dubio relinquit. (ceterum Constantia, neptis Constantii Magni (XV: Seeck, R. E. IV p. 959), anno 374 exeunte a Gratiano ducta Themist. or. XIII p. $205^{19\,sq.}$ et $206^{5\,sq.}$ significatur).

270) Or. XXIII p. 360^{8-10}.

D) De Themistii panegyricis in Theodosium scriptis.

§ 19. De legatione ad Theodosium missa.

Ad Hadrianopolim mense Sextili 9 anni 378 Valens a Gothis devictus ceciderat[204]). inde usque ad mensem Ianuarium proximi anni oriens imperatorem non habebat[271]). mense Ianuario 19[272]) Sirmii[273]), in urbe Illyrici, Gratianus Theodosium sibi collegam ascivit[274]).

Ut autem novo principi gratularetur, legatio perhonorifica aliquot[275]) senatorum a patribus Constantinopolitanis[276]) decreta est. Themistius quoque in numero designa-

---

271) Themist. or. XVI p. $252^{4\,sq.}$, Sievers, Das Leben des Libanius p. $151^{not.\,2}$.

272) Clinton, Fasti Romani I p. 492. (Mommsen, Chronologia Theodosiana p. 161 et 255 falso mense Ianuario 16 Socrate h. e. V, 2, 2 auctore).

273) V. Cod. Theod. VI, 30, 1.

274) V. Themist. or. XIV p. 224 sq. $^{12-17}$, XV p. $242^{29\,sq.}$, XVI p. 252^{21-24}.

Iam victoria exeunte anno 378 a Theodosio duce Moesiae e Sarmatis parta, quae ipsa Gratiani animum in eum converterat (v. Richter, Das weströmische Reich p. $691^{sq.\ not.\ 62}$ ad Theodoret. h. e. V, 5 sq. et Pacat. Panegyric. Theodos. cap. X p. $280^{3\,sq.}$ Baehrens), Themist. or. XIV p. 224^{23-26} = XV p. 232^{4-6} et XV p. $242^{20\,sq.}$ (οὐδὲ σὺ ἱππαρχῶν!) laudatur. (de victoria, quam Theodosius anno 374 e Sarmatis tulerat, v. Amm. Marc. XXIX, 6, 15, Zosim. IV, 16, 6; Pacat. Panegyric. cap. V $275^{4\,sq.}$ Baehrens). deinde Sarmaticus Theodosius Themist. or. XV p. 238^{2} et Pacati panegyric. cap. V p. 275^{19} salutatur (Gratianus, quippe cuius auspiciis res gesta sit, Ausonii Gratiar. act. II, 8; v. Themist. or. XIII p. 220^{17-19}).

275) Themist. or. XIV p. $222^{4\,sq.}$; cf. or. XXXI p. 426^{22-24}.

276) P. 223 sq. $^{23-14}$, 225 sq. $^{12-12}$.

torum erat[275]). tamen ceteris profectis remanere iterum[277]) annis et infirmitate corporis ipse coactus est[278]). de virtutibus vero novi principis litteris ab aula missis certiorem factum se repubescere coepisse dicit[279]). iam fluctibus et tempestatibus se committere ausus navem conscendit[280]).

Principem bellum Gothicum parantem in Macedonia[281]) invenit. nondum Theodosius hostes ipsos aggressus erat, sed, ut Achilleus olim Troianos, eos eminus terrebat[282]). Thessalonicae tum sedes imperatoris erat[283]).

Thessalonicae primo vere anni 379 Themistii oratio audita est, quae *Πρεσβευτικὸς εἰς Θεοδόσιον αὐτοκράτορα* inscribitur[284]).

Sub fine orationis, ut prae reliquis orientis urbibus civibus Constantinopolitanis principem accipere et salutare liceat, Themistius optat[285]).

277) V. § 3. 278) P. 222^{3-10}.

279) P. 222^{10-16}. Sievers, Studien zur Geschichte der römischen Kaiser p. 296 Maximum, pseudoepiscopum Constantinopolitanum (Seeck, Die Briefe des Libanius p. 205—211 desideratur), qui tum urbe eiectus Thessalonicam „ad principem orientis“ perrexit (Gregor. Nazianz. carm. II, 11, v. 999—1104 Migne Patr. Gr. XXXVII p. 1098), has litteras misisse suspicatur. quamquam, quem optimum e senatoribus Themistius appellat (p. $222^{12\ sq.}$; v. or. IV p. 64^{5}), Gregorius non „canem pessimum“ vocavisset: etenim Gregorius Themistio amicus erat (epist. 24 et 38 Migne Patr. Gr. XXXVII p. 60 sq. et 80). principem illius prioris legationis equidem interpretor. 280) P. $222^{10\ sq.}$

281) Frequentes fodinae metallorum regionis p. $223^{12\ sq.}$ significantur. 282) P. 222 sq. $^{24-22}$; v. Hom. Σ, 202—229.

283) Thessalonica leges datae sunt a mense Iunio 17 anni 379 (Cod. Theod. X, 1, 12) usque ad mensem Novembrem 16 anni 380 (Cod. Theod. X, 10, 15): Mommsen, Chronologia Theodosiana p. 256 sq.

284) Oratio XIV p. 222—226 Dindorf.

285) P. 225^{12-15}. Sievers, Studien zur Geschichte der römischen Kaiser p. 296 verba neglegenter cognovit. (sed eundem ibidem p. 551 v. ad Themist. or. XIV p. 225 sq. $^{15-12}$; cf. or. III p. 56^{14-18} et Liban. ep. 379).

§ 20. De regia virtute Theodosii, quae a Themistio celebratur.

Et Theodosius civibus petentibus obsecutus est. non male rebus Gothicis per annos 379 et 380 gestis[286]), nequaquam scilicet Gothis subactis et confectis mense Novembri 24 anni 380[287]) quasi[288]) magna victoria parta triumphans Constantinopolim ingressus est.

Tum Themistii gratulatio habita est, quae *Εἰς Θεοδόσιον, τίς ἡ βασιλικωτάτη τῶν ἀρετῶν* inscribitur[289]).

Oratio Constantinopoli[290]) apud senatum[291]) coram principe[292]) habita est tertio anno principatus (*ἤδη οὖν τρίτος οὗτος ἐνιαυτός*)[293]), i. e. post mensem Ianuarium 18[272]) anni 381. habita est oratio, antequam Athanaricus[294]), iudex ille „proximorum factione genitalibus terris expulsus,“ qui mense Ianuario 11 ad urbem fugerat, eiusdem mensis die 25 „fatali sorte decessit“[295]). equidem dubito, an ipse tertius annus iniens die 19 oratione celebratus sit, ita ut illud *ἤδη* de hodierna die interpreteris.

286) Clinton, Fasti Romani I p. 496; v. Idatium ad annos.

287) Chronic. Alexandr., Socrat. h. e. V, 6, 6 (Idatius falso die 14: v. not. 283). (illa scilicet columna marmorea „Fortunae reduci ob devictos Gothos“ dicata (C. I. L. III, 733 = Dessau, Inscriptiones Latinae selectae I, 320) ad Constantini Magni victoriam Sarmatarum et reditum Constantinopolitanum vere anni 332 structa est: Mommsen ad C. I. L. III, 733).

288) Zosim. IV, 33, 1; Richter, Das weströmische Reich p. 506 sq.

289) Oratio XV p. 227—243 Dindorf; cf. p. 232^{23-25} (Homer. τ, 109, 111—114, Platon. Phaedr. p. 82 a/b, Theaet. p. 176 b).

290) P. 234^{25-29} (Seeck, R. E. II p. 1934^{33-47}), v. p. $229^{5,\ 25}$.

291) P. 228^{20-22}, 236^{1-9}.

292) P. $228^{16-19,\ 23-29}$; v. p. 232^{6}, $233^{9,\ 25\ sq.}$, 243^{6}.

293) P. 234^{3}. 294) P. 234^{15-29}.

295) Amm. Marc. XXVII, 5, 10; Seeck, R. E. II p. 1935^{32-50}.

Tandem tempus quod, quo turmae excitentur et quo Scythis arma inferantur, non idoneum sit, sed quo Musae principi chorum inducant, id est hiems, hic quoque significatur[296]).

§ 21. De laudatione in Saturninum apud Theodosium habita.

Inde usque ad medium autumnum anni 387 Theodosius, nisi quod per menses aestivas anni 381 et anni 384 Heracleam[297]), in urbem vicinam, secessit, Constantinopoli resedit[298]). ibi reliqui in Theodosium panegyrici quos Themistius scripsit, prodierunt.

Sic Constantinopoli oratio habita est, quae *Χαριστήριος τῷ αὐτοκράτορι ὑπὲρ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ὑπατείας τοῦ στρατηγοῦ Σατορνίνου* inscribitur[299]).

Per tres enim annos[300]) Flavius Saturninus[301]), vir ille Themistio familiarissimus[302]), castra contra Gothos habuerat et mense Octobri 3 anni 382 pacem fecerat. huius fortitudinis atque huius consilii praemium a Theodosio consulatum ordinarium anni 383 tulit[303]).

Theodosius quoque, duci victori ut gratularetur, a Themistio postulabat[304]). neque enim tum, cum Saturninus

296) P. 228^{23-29}(-229^{7}); cf. not. 200.

297) Cod. Theod. X, 24, 2, XII, 1, 85 sq., IX, 17, 6, XII, 1, 87, XVI, 1, 3.

Cod. Theod. VI, 30, 7, XII, 1, 106, X, 20, 11, XV, 9, 1, Cod. Iustin. I, 16, 1.

298) Mommsen, Chronologia Theodosiana p. 257—267.

299) Oratio XVI p. 244—259 Dindorf.

300) Amm. Marc. XXXI, 8, 3. 5.

301) Seeck, Die Briefe des Libanius p. 269 sq.

302) P. 245^{6-13}.

303) V. p. $245^{5\text{ sq.}}$, 246^{14-17}, 248^{4-6}; 256^{21-25}.

304) P. 247^{8-11}.

in curia designatus erat, philosophus ex tempore dicere potuerat[305]).

Ita factum est, ut diligenter elucubrata[306]) haec oratio Calendis Ianuariis[307]) anni 383 diceretur. dicta est ad senatum[308]) et coram principe[309]); totaque aula aderat[310]); aderant Saturninus ipse et Ricomeres, qui una cum Saturnino bellaverat, et cui minori natu honor consularis proximi anni promissus erat[311]), tum Postumianus praefectus prae-

305) P. 245^{16-20}. cf. § 16. 306) P. $245^{26\text{ sq.}}$

307) Harduinus non ipsis Calendis, sed aliquanto post orationem prodisse suspicatus est (p. 618 Dindorf). sed verba 245^{13-16} quae exstant, potius ad principatum Theodosii quam ad consulatum „salutarem“ Saturnini referenda sunt: v. Tillemont, Hist. Rom. V p. 947 et Sievers, Studien zur Geschichte der römischen Kaiser p. 301. deinde Arcadius, Theodosii filius, nondum Augustus creatus erat (p. 249^{29-31}); ita ante mensem Ianuarium 19 (anni 383) oratio habita est; verum annus consulum quinquennalium aderat (p. 250^{29}: sic interpreteris, nam quintus annus principatus mense Ianuario 19 coepit. Idatius scilicet in Fastis et Socrates h. e. V, 10, 5 (Seeck, R. E. II p. $1137^{66\text{ sqq.}}$ ipse quoque) mense Ianuario 16 Arcadium cooptatum esse volunt. tamen accitus est puer a patre „suo die“ (Idat.), i. e. die 19 (v. not. 272). atque anno 387 Arcadius „quinquennalia propria cum Theodosio Aug. patre suo editionibus ludisque celebravit“ (Idat.; Clinton, Fasti Romani I p. 512). mense Ianuario scilicet 19 anni 387 filius quintum et pater nonum vel, quem posuit et egit (Liban. or. XXII p. 473^{1-3} vol. II), decimum annum imperii Augustei iniit. errant igitur in anno 388 Aemilius Huebner ad C. I. L. II, 483 et Dessau, Inscriptiones Latinae selectae ad I, 784. verum Honorius quoque et Theodosius II Romae mense Ianuario 10 anni 411 vicennalia et decennalia dederunt: Mommsen, Chronica minora II p. 70. coepit autem mense Ianuario 10 anni 412 Honorii vicesimus annus principatus: Clinton, Fasti Romani I p. 480).

308) P. $245^{17,\ 26-30}$, $246^{3\text{ sq.},\ 10}$.

309) P. 246^{4} (cf. or. IV p. 64^{7-11}), $^{11\text{ sq.}}$ 310) P. $246^{11\text{ sq.}}$

311) P. 246^{14-17}. (ad p. $249^{4\text{ sq.}}$ v. Seeck, Symmachi opera p. CVIII $^{\text{not. }508}$).

torio[312]), Palladius magister officiorum[313]), Cynegius comes sacrarum largitionum quaestoresque[314]).

Theodosius autem, qui trabeam anno quinquennalium ad hominem privatum detulerit, etiam amplioribus, quam consul, laudibus effertur[315]).

Iam finis orationis in pace Gothica ipsa et in fortuna civitatis, quae inde orta sit, celebranda versatur[316]).

§ 22. De orationibus, quae ad Themistii praefecturam urbis pertinent (deque hac praefectura ipsa).

Alfredus Franke, De Pallada epigrammatophoro, Lipsiae 1899 Themistium semel urbi Constantinopolitanae praefectum fuisse et id Theodosio imperante probavit[317]).

312) P. 246^{17}; v. Sievers, Studien zur Geschichte der römischen Kaiser p. 301 sq., et Seeck, Die Briefe des Libanius p. 243 ad Postumianum II.

313) P. $246^{17\,sq.}$; v. Seeck p. 230 ad Palladium XIV.

314) P. $246^{18\,sq.}$; v. Cod. Theod. VI, 35, 12 et XII, 1, 97.

315) V. § 11, I.

316) P. 251^{29}—252^{2}, 252^{16}—259^{10}; cf. p. 244 sq. $^{4-2}$.

317) Franke, De Pallada p. 24—29.

Sed Himerii orationis VII § 15 sq. obstare videtur. ibi gubernator quidam civitatis ob sapientiam et magnam eloquentiam praedicatur. oratio autem Constantinopoli post Iuliani discessum, i. e. post mensem Maium anni 362 habita est (v. not. 65). atque Themistium philosophum et oratorem, eundemque tum urbi praefectum illis laudibus designari Theophilus Wernsdorf (Himerii opera, Gottingae 1790 p. 535 sq.) et Fridericus Duebner (Himer., Parisiis 1849 p. 115^{a}) dixerunt. designatur Musonius, ex proconsule (I: Seeck p. 218). verum Musonii virtutes Himerii or. V § 16 simillimum in modum decantantur. idemque proconsulatu suscepto gratulatione propria cum Apolline ab Himerio comparatus erat (eclog. XXI, 1 et 3). nec parcius Libanius Musonii studium litterarum et eloquentiam Graeciae proconsulis laudibus ornat (ep. 472 et 519).

de tempore, quo Themistius prafectus fuerit, et de orationium, quas praefectus habuit, temporibus, non satis accurate iudicavit.

I. Themistius sexto anno principatus[318]) Theodosii praefectus erat. quippe praefectus[319]) sexto anno principatus orationem habuit[318]), quae *Περὶ τῆς τοῦ βασιλέως φιληκοΐας* inscribitur[320]). sextus autem annus mense Ianuario 19 anni 384 coepit et mense Ianuario 18 anni 385 exiit[272]). oratio hiemi anni 384 exeunti aut potius primo veri, cum navigare et navibus frumentariis Ponti Euxini portum Constantinopolitanum intrare licebat[321]), tribuenda est. adde, quod expeditio, quam nuper[322]) Theodosius, ut Maximum, Gratiani interfectorem ulcisceretur, paraverit, commemoratur[323]). mense Sextili scilicet 24 proximi anni, i. e. anni 383, Gratianus Lugduni caesus erat.

Ergo vere anni 384 Themistius praefectura fungebatur.

II. Eam susceperat ante illam expeditionem autumno anni 383 contra Maximum institutam. Themistio enim praefecto summo urbis magistratui Theodosius ad occidentem proficisci se simulans[323]) Arcadium[324]), principem

318) Or. XVIII p. 265^{21}. 319) P. $273^{11\,sq.,\,18}$.

320) Oratio XVIII p. 264—274 Dindorf; v. p. 273^{4-6}.

321) P. 369 sq. $^{24-5}$; v. § 22, VI.

322) P. 269^{5} *πρῴην* pro *πρώτῃ ἦν* scribendum esse Franke, De Pallada p. 35 $^{not.\,1}$ probavit.

323) P. 269^{3-17}, $273^{26\,sq.}$; cf. Socrat. h. e. V, 12, 1, Zosim. IV, 37, 3; Tillemont, Hist. Rom. V p. 496 sq., Richter, Das weströmische Reich p. 583 sq. (Seeck, Die Briefe des Libanius p. 305 re vera tum Theodosium in occidentem profectum esse ratus miras coniecturas de hoc itinere finxit).

324) P. $274^{18\,sq.}$: filius Theodosii Mercurio ex Arcadia oriundo cognominis est; cf. p. $273^{24\,sq.}$. verba vero p. 273^{22-24} quae antecedunt (quibus Seeck p. 305, ut Honorium, alterum filium Theodosii subaudiret, ductus est), valde adulatorie dicta sunt. etenim Arcadius, quem ab ipsis cunabulis Augustum appellatum esse Themistius vult, quintum

iuventutis, coram plebe et apud senatum tradidit et commisit[325]). lex autem mense Maio 29 eiusdem anni (383) Clearcho[326]) praefecto urbis data[327]), si fides habenda est, tempus, post quod Themistius magistratum iniit, definit.

Aestas igitur anni 383 inde a mense Iunio orationi, quae *Ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ τῆς πολιαρχίας* inscribitur[328]), vacat. in qua Themistius principi, qui se philosophum civitati praefecerit[329]), gratias et laudes agit. nam Theodosium philosophiam antea demissam, in otio et in doctrina quae versata sit, ad culmen vitae et ad rem publicam administrandam revocavisse[330]). oratio ipsa quoque[331]) apud patres dicta est[332]).

III. Deinde Themistius, qui urbi praeerat, senatui quoque praesidebat[333]).

---

annum agens mense Ianuario 19 anni 383 purpura ornatus erat. sed Constantius quoque, quem ab ipsis cunabulis ad gubernaculum imperii accessisse Themistius or. I p. $13^{20\ \mathrm{sq.}}$ auctor est, anno 317 natus anno 323 Caesar factus est. tum Valentinianus Galates, puer trium annorum, or. IX p. 144^{23} consul in ulnis circumlatus vocatur; or. IX p. 153^{7} idem iuvenis est. iuvenis appellatur Varronianus quoque infans (v. not. 94) or. V p. 77^{23}. denique de turbis, quas verbis similibus Claudianus De IV consulatu Honorii v. 154—157 et 371 de anno, quo Honorius genitus esset, movit (in quas iterum B. Kuebler incidit, R. E. IV p. 1137^{7-9}) cf. Iul. Koch, Rheinisches Museum XLIV, 1889 p. 588 sq.

325) P. 273^{18-31}; cf. Hom. A, 446 sq.

326) V. Seeck, Die Briefe des Libanius p. 108 sq.

327) Cod. Theod. VI, 5, 1.

328) Oratio XVII p. 260—263 Dindorf.

329) P. 260 sq.

330) P. 260^{2-17}. (cf. or. V p. 75^{18-20}, Synes. De regno I, 1 Migne Patr. Gr. LXVI p. 1053 A, infra not. 350).

331) V. or. XVIII p. $265^{23\ \mathrm{sq.},\ 28}$, 372^{18}; cf. p. $270^{24,\ 28\ \mathrm{sq.}}$, 271 sq. $^{6-15}$.

332) P. $262^{24,\ 28-31}$, 263^{15-19}.

333) V. Themist. or. XVII p. 263^{15-18}, XXXIV p. $452^{11\ \mathrm{sq.}}$, Himer. or. VII, 16, Sidonii Appollinar. epist. IX, 16, 3, vers. 30 sq. (cf. epist. I, 9, 6 et 8).

Princeps senatus[334]) orationem emisit, quae *Περὶ προεδρίας εἰς τὴν σύγκλητον* inscribitur[335]). praefectura urbis autem, quam simul gerebat, carrucis argenteis et praeconibus significatur[336]).

Neque etiam, quo tempore oratio dicta sit, orationis exordio cognito dubium relinquitur. Themistius enim, postquam saepius ei in animo fuit publice privatas obtrectatorum invidias et calumnias refellere, nullum ad id magis opportunum tempus, quam id ipsum contigisse arbitratus est, quo vel maximas inter se simultates exercentibus lex indutias praescriberet: anni intellegas primordium (*τὴν ἱερομηνίαν τοῦ ἔτους*)[337]).

Scilicet „Calendarum Ianuariarum consueti dies otio mancipati erant“[338]). at quinque dies anno ineunte tum festi agebantur[339]). „post Calendas Ianuarias autem die tertio pro salute principis vota suscipiebantur“[340]). sic „tertio Nonarum die votis ipsis“[341]) Themistii quoque oratio habita est[342]).

---

334) Or. XXXI p. 429^{7-9} (cf. Gregor. Naz. epist. 71 Migne Patr. Gr. XXXVII p 136 C), 429^{17-36}; v. p. 426^{2}.

335) Oratio XXXI p. 426—429 Dindorf; v. p. $429^{35\ \mathrm{sq.}}$

336) P. $427^{27\ \mathrm{sq}}$, v. Franke, De Pallada p. 27 $^{\mathrm{not.}\ 1}$.

337) P. 426^{2-7} (v. $^{9\ \mathrm{sq.}}$). ab iisdem fere verbis Pseudo-Aristidis laudatio, quam ad Macrinum scripsit, incipit (orat. XXXV p. 253^{1-3} vol. II Keil).

338) Cod. Theod. II, 8, 19 = Cod. Iustin. III, 12, 6, Liban. or. IX p. 396^{4-7} vol. I, Liban. declamat. p. $1055^{24\ \mathrm{sq.}}$ Reiske; Philologus LXVIII, 1909 p. 475.

339) Liban. declamat. p. 1055 sq. $^{32-3}$ Reiske.

340) Corp. iuris civilis: Digest. L, 16, 233; v. I. Marquardt, Römische Staatsverwaltung III^{2} p. 266 sq.; (Philologus LXVIII, 1909 p. 479 sq.).

341) Iul. Capitolin. Vit. Pertinac. VI, 4 (Scriptor. histor. August. I p. 118^{16} Peter).

342) Seeck p. 306 pro aetate Christiana „sacros paschae dies“ (Cod. Theod. II, 8, 19) intellegendos esse opinatur.

Habita est tertio Nonarum die anni 384.

De anno 385 cogitare non licet.

IV. Nequaquam enim annos, sed menses vel aliquandiu Themistius civitati consuluit[343]). Clearchus ille, qui antecesserat, bis biennem praefecturam gesserat[344]). Themistius anno non exacto usque ad ineuntem vel mediam aestatem anni 384 ea functus videtur. iam mense Sextili vel mense Septembri anni 384 lex quaedam (Clearch)o P. U. missa est[345]). qua scilicet, si Cuiacius viderit, non suppleverit[345]), alterum Clearchum significari patet[346]).

Themistius autem praefectura deposita[347]), i. e. sub autumnum anni 384, oratione se defendit, quae *Πρὸς τοὺς αἰτιασαμένους ἐπὶ τῷ δέξασθαι τὴν ἀρχήν* inscribitur[348]).

Ipse tumido illo initio orationis, qua magistratum anno ante initiaverat[330]), ansam dederat his Palladae cavillatoris versibus:

Ἄντυγος οὐρανίης ὑπερήμενος ἐς πόθον ἦλθες
Ἄντυγος ἀργυρέης, αἶσχος ἀπειρέσιον.
Ἦσθα ποτὲ κρείσσων· αὖθις δ' ἐγένου πολὺ χείρων.
Δεῦρ' ἀνάβηθι κάτω, νῦν γὰρ ἄνω κατέβης[349]).

343) Orat. XXXIV p. 455$^{5\ \text{sq.},\ 14\ \text{sq.}}$, 470$^{1\ \text{sq.}}$.

344) Seeck, Die Briefe des Libanius p. 109.

345) Cod. Theod. VI, 2, 14: „pleniorem, non plenam videtur vidisse Cuiacius" (Mommsen).

346) Forsitan Clearchus III significetur, qui (iterum?) anno 401 sq. praefectus urbi fuit (Seeck p. 110). verum Clearchi I auctoritatem initio anni 384 satis minutam fuisse Libanius or. XLII p. 316$^{2-9}$ vol. III auctor est; v. Seeck p. 226 sq.

347) Or. XXXIV p. 455$^{5-7}$.

348) Oratio XXXIV p. 444—471 Dindorf; Angelus Mai, Classici auctores e Vaticani codicibus editi, vol. IV p. 306—353, Romae 1831.

349) Antholog. Palatin. XI, 292; v. Franke, De Pallada p. 24—28. iam ad Platonis Polit. VII p. 519 d versibus spectatur (v. p. 517 a—c, 520 c, 529 a/b; Themist. or. XXXIV p. 471$^{9-16}$). malitia autem quanta

Iam versibus qui irritatus est, Themistius philosophiam, quae in re publica administranda versetur, fornice aetherio non lapsam, immo celsius provectam esse probat. tota oratione Palladae lusum verborum innuit[350]).

V. Sed rebus explicatis rationem, quam Franke posuit[351]), non recto talo stare patet. pendet haec ratio e mutila illa constitutione anni 384[345]). mense Maio 29 anni 383[327]) et ineunte autumno anni 384[345]) leges ad eundem Clearchum P. U. confectas esse Franke putat. et cum Clearchus anno 384 consul ordinarius fuerit, „unicuique concedendum esse veri esse simillimum Themistium iisdem Calendis Ianuariis anni 384 praefecturam inisse eoque munere functum esse," cum Clearchus magistratu intermisso per duos menses trabeam gesserit[352]).

Tamen Themistium suum honorem inchoavisse ante Clearchum consulem exordio orationis, quam (anni 384) mense Ianuario 3 habuit, evincitur. saepius enim et aliquamdiu philosophus suspiciones a calumniatoribus ob magistratum iniectas diluere voluerat[353]). accedit quod, tum „in consulatu honos sine labore suscipiebatur" [354]); neque omnino quemquam alia munera, quae tenebat, ob consulatus honorem tum deposuisse verisimillimum est[355]). Tatianus quidem ab anno 388 usque ad aestatem anni 392 praefectus

Pallas iis usus sit (eadem iterum Anthol. Palat. VII, 683 sq.), Platonis Phaedr. p. 246 e et 248 a illustratur.

350) P. 444 sq.$^{16-1}$, 445$^{8\ \text{sq.}}$, 449$^{15\ \text{sq.},\ 19-22}$, 451$^{5-10}$ (v. or. XVII p. 260$^{4-13}$), 453 sq.$^{15-10}$ (cf. or. XVII p. 262$^{10\ \text{sq.}}$), 456$^{14\ \text{sq.}}$, 459$^{1-3}$, 463$^{11\ \text{sq.}}$, 468$^{6-8}$, 469$^{12-14}$, (cf. p. 444$^{17\ \text{sq.}}$ et or. XVII p. 260$^{5\ \text{sq.}}$), 470$^{4-9}$ (*κατέβη* pro *ἀπήει*: Cobet, Mnemosyne XII, 1862 p. 107 sq.), 471$^{9-19}$.

351) Franke, De Pallada p. 29—36.

352) Franke, De Pallada p. 36.

353) Or. XXXI p. 426$^{2-9}$.

354) Mamertin. Gratiar. act. cap. II p. 245^{24} Baehrens.

355) Seeck, Die Briefe des Libanius p. 305$^{\text{not. 1}}$.

praetorio orientis erat et ab eodem consule annus 391 nomen cepit[356]).

VI. Quae cum ita sint, coniecturas, quas Seeck de Themistii praefectura fecit, satisfacere non posse apparet[357]).

Sed in lege illa frumentaria, qua a Themistio pristinus numerus annonarum urbi Constantinopolitanae restitutus est[358]), quantopere Seeck in tempore, quo data esset, erraverit[359]), exponere liceat.

Nam anno 342 Constantius ob seditionem, quam cives Constantinopolitani de episcopatu Pauli, viri orthodoxi et Macedonii, qui ab Arianis stabat, dissidentes moverant, annonas, quas urbi tribuerat, ad dimidiam partem, i. e. ad 40000 modios frumenti minuerat[360]). iam Seeck Themistium, qui vere anni 357 legatus Constantinopolitanus Romae fuerit, huius seditionis veniam et pristinam liberalitatem annonarum a Constantio ipso assecutum esse dicit[359]).

Re vera autem Themistium anno 357 Romae non versatum esse probavisse mihi videor[361]). et anno 384 a Theodosio veniam illam et largitudinem impetratam esse Themistio scilicet praefecto urbis auctore[362]) et a Themistio praefecto ipso et legibus confirmatur.

Theodosius enim in panegyrico, quem Themistius vere anni 384, i. e. sexto anno principatus, habuit[363]), imperator beatissimus ac felicissimus celebratur[364]): Theodosium alere summis opibus exercitus ad Rhenum et ad Tigrim flumen,

356) Seeck p. 287. 357) V. not. 323 sq. et 342.

358) Or. XXXIV p. $456^{19\text{ sq.}}$, v. p. $454^{16\text{ sq.}}$.

359) Seeck p. 297. 360) Seeck, R. E. IV p. $1056^{42\text{ sqq.}}$.

361) V. § 3.

362) De cura annonae urbis Constantinopolitanae aliquamdiu ad praefectos urbis delata v. Ed. Boecking, Notitia dignitatum I p. 177, Bonnae 1839.

363) V. § 22, I. 364) Or. XVIII p. 270^{10-22}.

quantos imperium Romanum antea non viderit[365]); Theodosium alere summis opibus amplissimam civitatem Constantinopolitanam atque universam populi multitudinem; laudaturque magis idem, qui cives non alat solum, sed insuper, quod superiorum temporum fraude et iniquitate defuerit (τὸ ἐνδεῆσαν ὑπὸ τῆς πάλαι ῥᾳδιουργίας[366])), rependat, nec rependat solum, sed etiam annonam augeat et congiarium (ἐπαύξει τὸ σιτηρέσιον)[367]).

„Centum autem viginti quinque modios frumenti praeter solitum canonem per singulos dies de horreis publicis almae urbis tributos" esse lex quaedam a Theodosio sexto anno vectigalium[368]) data, quae scilicet post mensem Ianuarium 19 anni 384 et ante illas Themistii laudes emissa est, docet.

Iam 45625 modios frumenti „de novo canone"[369]) in singulos annos additos esse ratione inita efficitur.

365) Or. XVIII p. 270^{22-24}, Zosim. IV, 27, 1—3.

366) P. $270^{25\text{ sq.}}$: ne ad militem illum Gothicum anno 383 (?) in mare deiectum spectari velis, tum annona quasdam horas dempta (non minuta) et deinde reddita (non aucta) est (Liban. or. XIX p. 395^{6-15} et XX p. 427^{15-22} vol. II, v. infra § 23 sub fine); sed gravius vox *πάλαι* repugnat.

367) Or. XVIII p. 270^{24-28}, v. p. 269 sq. $^{21-9}$. ad p. $270^{28\text{ sq.}}$ v. Rauschen, Jahrbücher der christlichen Kirche I p. 484 sq. in oriente vero anno 383 messis opima leguminum fuisse videtur (Themist. or. XXXIV p. 457^{6}).

368) Viri docti Cod. Iustin. XI, 25, 2 ob sextam indictionem laudatam anno 392 (Gothofredus ad Cod. Theod. XIV, 17, 14 anno 393) inseruerunt. neque tamen bis (anno 384 Themistio auctore et iterum anno 392 ob illam legem sextae indictionis) ne principem tam liberalem quidem 40000 modios frumenti almae urbi concessurum fuisse dico. ita indictio quin hoc loco annus vectigalium, non spatium quindecim annorum sit, non dubium est. deinde in Cod. Theod. XI, 1, 18 et 35 quoque eadem vis voci inest. in titulo vero legis, de quo auctores discrepent, non haereo. Honorius videlicet, tertius Augustus, qui obstat, non stat. denique Tatianus P. P., quem illam legem accepisse volunt, identidem falso laudatur (Seeck, Die Briefe des Libanius p. 286 sq.).

369) Cod. Theod. XIV, 17, 13 sq.

Et liberalitas Theodosii, qui „canonem ab inclytae memoriae Constantino praestitutum“ [370]) „certo annonarum modo“ [369]), i. e. 6000 fere modiis frumenti, „auxerit“, apud posteros quoque laudatur.

§ 23. De humanitate Theodosii, quam Themistius laudat.

Laudatio, quae *'Επὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ τοῦ αὐτοκράτορος Θεοδοσίου* inscribitur [371]), Themistii ultima fuisse videtur [372]).

Oratio in curia Constantinopolitana [373]) coram Theodosio [374]) habita est.

De tempore vero, quo habita sit, quaerentibus oratio ipsa parcas ansas praebet. sane pax Gothica exeuntis autumni anni 382 significatur [375]). et ante mensem Semptembrem 14 anni 387 [376]) oratio ponenda est ob Aeliam Flacillam, uxorem Theodosii, in vivis commemoratam [377]). denique oratio, in qua iam [378]) neque Gratiani mentio fiat

370) Cod. Theod. XIV, 16, 2 = Cod. Iustin. XI, 24, 1; cf. Cod. Theod. XIV, 17, 9—12.

371) Oratio XIX 275—284 Dindorf; v. p. 277 sq. $^{32-2}$; 278^{10}, 279^{13}, 280^{3}, 281^{8}.

372) V. or. XVIII p. 272^{25-29}.

373) P. 277 sq. $^{32-7}$ (v. not. 106).

374) P. 279^{14-18} (v. Sievers, Studien zur Geschichte der römischen Kaiser p. 283); $279^{4\ sq.}$ $280^{28\ sq.}$ (cf. not. 404).

375) P. 279^{19-21}, v. or. XVIII p. 267^{9-13}.

376) Seeck, R. E. VI p. 2432^{36-67}. atque mense Septembri 14, quo ecclesia Graeca pietatem Flacillae memoria prosequitur, eam defunctam esse Zosim. IV, 44, 3 firmari videtur. nam Theodosius, ubi exeunte mense Novembri anni 387 (Mommsen, Chronologia Theodosiana p. 266 sq.) Thessalonicam venit, Gallam, filiam Valentiniani duxit.

377) P. 281^{14-19}, v. p. 278^{2-5}: Theodosius a Galla scilicet, altera uxore, Placidiam unicam filiam, non filium tulit.

378) Gratianus laudatur or. XIV p. 224 sq. $^{14-13}$, XV p. 232^{4-6}, 239^{1-15}, 241^{17-24}, 242 sq. $^{25-8}$, XVI p. $252^{21\ sq.}$, $258^{3\ sq.}$, XVIII p. 269^{6-9}, XXXIV p. $463^{19\ sq.}$.

neque ad praefecturam Themistii spectetur, post autumnum anni 384 [379]) dicta videtur [380]). atque legatio Persarum, quae, ut pacem et foedus peteret, eodem autumno Constantinopolim venit, designatur [381]).

Iam haec ratiocinatio optime Libanii orationibus et confirmata et coartata ad alteram partem hiemis 385/86 ducit.

Libanius enim in Vita [382]) sua senatorem quendam Constantinopolitanum castigat, qui vanas suas somniorum species in publicum protulerit. de principe scilicet et de Augusta familia haec somnia fuerunt [383]). nam res ad iudices relata est [383]). Libanius quoque causa implicatus est, quippe cuius scriba (qui scilicet interea mortuus erat) famae interfuisse diceretur. sed princeps tempestati clementer finem fecit: neminem [384]) capitis damnavit, duos exsules fecit, paucos plagis ad officium revocavit [385]).

Quod extremo anno 385 factum est. nam paulo post

379) V. § 22, IV.

380) Orationem ante Honorium natum, i. e. ante mensem Septembrem 9 anni 384 (v. not. 324) dictam esse Seeck p. 304 audacius effecit. nequaquam enim puer, qui *ἀγαπητός* vocatur (p. 281^{16}) filius unicus est (Hesych.), sed qui, quasi unicus sit, parentibus cordi est (Hom. β, 365); v. Themist. or. XIII p. 221^{1} et Gregor. Bernadakis, Lexicon hermeneuticon, Athenis 1908 p. 8 sq.

381) P. 277^{6}; v. Oros. VII, 34, 8 et Rauschen, Jahrbücher der christlichen Kirche I p. 169.

382) Liban. or. I p. 187 sq. $^{5-7}$ vol. I.

383) Themistius or. XXI p. 321^{5-21} has de insomniis calumnias quae tum vigebant, indignatur; v. § 23 sub fine.

384) Cf. Themist. or. XV p. $234^{3\ sq.}$, XXXIV p. $460^{2\ sq.}$, XIX p. 278^{10-14} (*τὸ μὴ! μέλαιναν μεῖναι*) et Liban. or. XIX p. $395^{2\ sq.}$, XXIII p. $500^{12\ sq.}$, XX p. 426^{6-8} = 428^{5-7} vol. II; v. Liban. or. XLV p. $360^{5\ sq.}$ vol. III.

385) Liban. or. I p. 188^{4-7}.

Libanius Calendis Ianuariis actis denuo vehementibus illis capitis doloribus pressus est, quibus per sedecim annos liber fuerat[386]. ac malum ei decesserat quinquagesimo septimo anno vitae exeunte, i. e. sub fine aestatis anni 371, antequam Valens venerat[387].

Illo autem crimine et ea ipsa clementia, quam Theodosius anno 385 praestitit, Themistius, ut panegyricum De humanitate Theodosii scriberet, motus est.

Theodosius a Themistio celebratur, qui primus homines ab inferis revocaverit[388]. Theodosius laudibus effertur, qui propter innocentes etiam iis, qui aliquid deliquerint, errati gratiam fecerit, et veniam dederit, cum ei, qui infeliciter dormitaverit (τῷ καθευδήσαντι δυστυχῶς), tum illi, qui inania ipsa paraverit[389]. neque iam[390] idem haberi nefarium aliquid moliri et id ipsum praeter voluntatem audisse (πυθέσθαι μὴ προελόμενον). nempe apertas aures (τὴν ἀκοὴν ἀναπεπταμένην) naturam hominibus dedisse, quas eos non quemadmodum palpebras et os claudere posse[391].

Et diligenter Libanius hunc Themistii panegyricum perspexit et intellexit[12], ut qui iisdem fere verbis[395] de eadem re in orationibus utatur, quas proximo anno, i. e. vere anni 387[392] de seditione Antiochensi scripsit[65]. ete-

---

386) Liban. or. I p. 188^{18-22}.

387) Liban. or. I p. 151 sq. $^{20-6}$, v. Sievers, Das Leben des Libanius p. 170; cf. supra not. 204.

388) Themist. or. XIX p. 277^{20-23}.

389) P. 279 sq. $^{30-2}$.

390) V. Zosim. IV, 8, 4 et Themist. or. VII p. 111^{17-25}; Themist. or. I p. 17^{13-27}, IX p. $148^{3\ sq.}$, Aristot. Ethic. Nicom. p. $1135^{b\ 12}$ —$1136^{a\ 9}$, Rhetoric. p. $1372^{a\ 20,\ b\ 16-18}$, $1374^{b\ 4-9}$, Anaxim. Rhetor. I p. 190^{1-16}, 234^{19-27} Spengel; Lysiae or. XXXI, 10 sq., Demosth. XVIII, 274, Menandr. fragment. 426 Kock.

391) Themist. or. XIX p. 280^{6-15}; cf. Sophocl. O. R. 1386 sq.

392) Foerster, Libanii orationes II p. 372 et 494.

nim idem illud specimen humanitatis, ut statuas ab Antiochenis deiectas ultro[393] condonet, Theodosio a Libanio tum proponitur[394].

Nam Antiocheni anno 385 quoque accusati et multi ad securim illam funestam destinati erant; sed mira quadam celeritate vox salutaris trans mare venerat, quae carnificum manus extentas et gladios imminentes reprimeret[395]. iam de fortuna et de sorte principis illos scelestos oracula consuluisse Libanius auctor est[396], id quod inde a Constantino valde suspectum habebatur[397]. neque Themistius principatui ipsi[396] insidias factas ignorat[398].

Egregie Libanius et Themistius concinunt; alter alterum commentatur.

Apud Themistium enim ab illis, qui auribus peccaverint, alteri quidam, quorum crimina priora fuerint, discernuntur[399]. iis vero, ut securi essent, ne momento quidem temporis opus fuisse, sed ilico metum omnem animis abstersum esse et velut eos, qui nunquam in suspicionem criminis venerint, subitum ac repentinum diem festum reos egisse[400]. Libanius in iisdem illis orationibus priore loco

---

393) V. Liban. or. XX p. 427^{13}. ideo non seditio Antiochensis ipsa, id quod Caesar Baronius in Annalibus ecclesiasticis ad annum 388 (cap. XLI sq. vol. VI p. 10^{b} sq. ed. Theiner, Parisiis 1866) vult, Themistii oratione XIX significatur.

394) Liban. or. XIX p. 394 sq. $^{7-6}$, XXIII p. 500^{11-13}, XX p. 427 sq. $^{22-8}$ vol. II.

395) Liban. or. XIX p. 395^{2-6} (XX p. 428^{5-8}), Themist. or. XIX p. $280^{23\ sq.}$, $281^{1-9,\ 13\ sq.}$.

396) Liban. or. XIX p. 394 sq. $^{7-2}$, XX p. 428^{1-5}.

397) Zosim. II, 29, 1—4, Liban. or. XIX p. 394^{7-13}.

398) Themist. or. XIX p. 282 sq. $^{32-2}$, v. p. $282^{19\ sq.}$.

399) Themist. or. XIX p. $281^{21\ sq.}$. (verba p. $281^{22\ sq.}$ quae exstant: *καὶ — ἁμαρτήματα*, a p. 280^{8-12} perperam repetita delenda sunt). 400) P. 281^{23-29}.

hoc exemplum clementiae principis affert[366]): cives Constantinopolitani militem quendam Gothicum ob nescio quod scelus non in ius vocaverant, sed interfectum in mare deiecerant. ne corpori quidem sepulcrum et honorem tribuerunt. inde praesidium Gothicum, quod Constantinopoli erat, movebatur. et gravem illi nefarii iram Theodosii horrebant. sed Theodosius, quin poenas repeteret, ne per unum totum quidem diem ab animo impetrabat, ita ut annonas urbi demeret. post dimidiam partem diei pristina illa panium et olei liberalitas erat.

Hic quoque, hic et illic quin idem crimen et eadem celeritas et eadem mansuetudo iterum significentur, dubitari non posse arbitror.

§ 24. De oratione De ratione laudandi ad Theodosium scripta.

Nec minus exploratum est Theodosium illa laudatiuncula appellari, quae *Ἡ ἐπὶ τῷ λόγῳ διάλεξις* inscribitur[401]).

Qui verus modus in laudando sit, Themistius laudatiuncula declarat. facta nimirum et mores principis describenda et prorsus ita ante oculos proponenda esse, ut quamvis nec nomine nec digitis notatus quis sit, intellegatur[402]).

Oratio ipsa specimen huius novae et elegantis rationis adulandi est[403]). nam Theodosius, si non nomine, at lusu

401) Oratio XXVIII p. 412—414 Dindorf. de voce *διαλέξεως* v. Wyttenbach ad Eunap. Vit sophist. p. 61 Boissonade^{1} (vol. II p. 221 Boissonade^{1}; Themist. or. XX p. 285^{3}, XXV p. 374$^{3-5,\,9}$); cf. Suidam in voce Themistii et Méridier, Le philosophe Thémistios p. 72 sq. et 79.

402) P. 413 sq.$^{29-24}$.

403) V. p. 414$^{10-24}$.

verborum designatur[404]). deinde Theodosius, qui auro difficulter, oratione facile capiatur, non in hac sola oratione, sed in aliis quoque laudatur[405]).

404) P. 414^{11} sq.: *δοκεῖ ὁ ἄρχων ἐκεῖνος ἐπαληθεύειν τοὔνομα τῆς ἀρχῆς*; cf. or. XXXIV p. 468^{6} sq., ^{13} sq. et XIX p. 279^{4} sq., 280^{28} sq., ubi nomen Theodosii similem in modum significatur.

405) Or. XXVIII p. 414^{12} sq.; XVIII p. 270^{7} sq., 273^{5} sq., XXXIV p. 454^{13} sq..

II. De Themistii orationibus moralibus et declamationibus.

Themistii orationum moralium[406]) anni fere non accurate definiri possunt. de quibusdam coniecturas, quo tempore confectae sint, movere licet. maior pars, ut vere dicam, quando dicta sit, omnino non patescit.

§ 25. De oratione De nominibus regis et consulis scripta.

Harduinus amplum exordium orationis invenit, quam *Περὶ τῶν ὀνομάτων τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ ὑπάτου*[407]) inscriptam fuisse extremo fragmento probatur[408]).

Oratio in primis[409]) ex iis est, quas Themistius Constantinopoli, in urbe regia[410]), habuit. sub annum 345 Themistius ibi docere coeperat[476]). orationem anno 348 vel anno 349 tribuendam esse Seeck optime vidit[411]). nam modo parva illa raudera Constantina in usu versari vetita esse Themistius commemorat[411]), id quod sub anno 348 factum est[412]).

406) V. or. XXIII p. 343^{11-14}.
407) Oratio XXXIII p. 440—443 Dindorf.
408) P. 443^{25-31} (Herodot. II, 73), v. p. 442 sq. $^{34-2}$.
409) Cf. p. 440^{1-23} et $442^{28\ sq.}$
410) P. $441^{6\ sq.}$; cf. p. $440^{16\ sq.}$ et $443^{1\ sq.}$
411) P. 443^{16-23}, quae verba Seeck, Die Briefe des Libanius p. $293^{not.}$ acute interpretatur.
412) Seeck, R. E. IV p. 1062^{42-58}.

§ 26. De Themistio De liberorum amore explicante.

Eodem fere loco in ordine Themistii orationum, quae exstant, illa ponenda videtur, quae *Μετριοπαθής, ἢ φιλότεκνος* inscribitur[413]).

Themistius minime philosophum amoris liberorum pudere[414]) hac oratione illis probat, qui virum doctum derideant et contemptui habeant, cum eum videant similiter atque ceteros erga filios et filias affectum[415]). nimirum a Themistio philosopho, qui ipse modo liberis auctus erat, haec verba dicta sunt.

Themistii autem liberi primum Calendis Septembribus anni 355 commemorantur[416]). deinde de obitu filii patri cognominis[1]) Libanius vere anni 357 amicum consolatur[417]). hunc filium Libanius ipse aliquamdiu Constantinopoli praeceptis Isocratis instruxerat[417]). iam sub anno 350 Libanius cum Themistio patre amicitiam inierat[418]); vere anni 354 urbem reliquerat[419]). et cum filius, qui erudiendus rhetori traderetur, non minus septem fere annos natus

413) Oratio XXXII p. 430—439 Dindorf; v. p. 435^{1-3}; cf. Liban. declamat. p. 1058—1064 Reiske.
414) P. 439^{9}.
415) P. 436^{15-17}; cf. or. XXIX p. $419^{8\ sq.,\ 12}$ (Epist. Constant. p. $25^{6\ sq.}$, Platon. Protagor. p. 317 c, Pol. IV p. 423 e) et Liban. or. XXXI p. 129 sq. $^{25-4}$ vol. III.
416) Epist. Constant. p. 25^{6-8}; cf. § 34.
417) Liban. ep. 491.
448) Ad amicitiam duodecim fere annorum ineunte anno 363 spectatur: Liban. ep. 703.
419) Seeck, Die Briefe des Libanius p. 466.

fuerit[420]) Themistium filium non post annum 346 natum esse sequitur[475]).

Ergo huius decennii alteri parti defensionem, quam pater scripsit, insero.

Denique Themistii iuvenis defensionem esse dispositione, quae plane perturbata sit[421]), probatur[422]).

§ 27. De oratione De agricultura, quae scripta est.

Themistio iuveni declamationem quoque, quae *Θέσις, εἰ γεωργητέον* inscribitur[423]), attribuo. quae laudes agriculturae sermone quodam tenero et simplici ab genere Themistiano ita discrepant, ut, qui eas Themistio abnegaret, fuerit[424]).

§ 28. De oratione In patris obitum, quam Themistius scripsit.

Accuratius laudatio funebris, quae *Εἰς τὸν αὑτοῦ πατέρα* inscribitur[425]), quando dicta sit, colligere licet.

420) V. Sievers, Das Leben des Libanius p. 20 $^{\text{not. } 25-33}$, Aemil. Thomas, Philologus, supplem. VIII 1899 p. 256 sq., Quintil. Inst. orat. I, 1, 24.

421) Comparatio liberorum, unde oratio XXXII proficiscitur, sermone progrediente plane neglegitur. iam orationis clausula ad hoc exordium recurrit. 422) Cf. titulum Themistii orationi I praefixum.

423) Oratio XXX p. 421—425 Dindorf; cf. or. XX p. 290 $^{5-20}$.

424) Hermann. de Rohden, De mundi miraculis, Bonnae 1875 p. 46. quamquam oratio in libro Ambrosiano et in libro Coisliniano 323 (ab eadem manu scriptis) tradita est, in quibus solis ipsae quoque orationes III, XV, XVII, XXXI exstant (Henric. Schenkl, Wiener Studien XX, 1898 p. 207 et 224 sq.).

425) Oratio XX p. 285—295 Dindorf. de forma orationis disseruerunt Méridier, Le philosophe Thémistios p. 72—79 et Elsa Gossmann, Quaestiones ad Graecarum orationum funebrium formam pertinentes, Jenae 1908 p. 80 sq.

Modo[426]) enim Eugenius[427]), pater decesserat. decessit autem inter Calendas Septembres et ineuntem mensem Novembrem anni 355: Calendis Septembribus in Constanti illa epistula ad senatum Constantinopolitanum data in vivis laudatur[428]); in huius epistulae gratiarum actione, quam medio mense Novembri Themistius scripsit, pater defunctus commemoratur[429]).

Anni igitur 355 sub fine mensis Septembris vel vertente mense Octobri laudatio prodiit.

Neque enim Constantinopoli, sed in Paphlagonia, in patria, oratio habita est[430]). Themistius, qui Nicaea tum duobus itineribus cum liberis in patriam contendit[431]), in patris funus venisse videtur. etiam libello proprio memoriam patris prosequi filius in animo habebat[432]).

426) P. 286 $^{14\ \text{sq}}$, 294 ^{25}.

427) Epist. Constant. p. 26 $^{11\ \text{sq.}}$, Photii Cod. LXXIV.

428) Epist. Constant. p. 26 $^{3-20}$.

429) Or. II p. 33 sq. $^{26-1}$: *τὰ μὲν χρήματα τὰ ἐμὰ καταγέλαστα . . ., οὐ μόνον ὅσα ἐγὼ κέκτημαι, ἀλλὰ καὶ ὅσα ὁ πατήρ ποτε καὶ ὅσα ἡ μήτηρ καὶ ὅσα ξύμπαντες Παφλαγόνες.* libri A scilicet Σ, Ψ (Henr. Schenkl, Rheinisches Museum LXI, 1906 p. 565) post *κέκτημαι* verbo *νῦν* addito, quod voci *ποτε* opponatur, verba *ποτε καὶ ὅσα ἡ μήτηρ* omiserunt. sed multas mendas liber Ambrosianus in orationibus II et IV praebet (Schenkl, Wiener Studien XXIII, 1901 p. 21). quod autem Seeck, Die Briefe des Libanius p. 133 haec verba post patris mortem, illa verba ante patrem defunctum a Themistio ipso data esse dicit, dissentior. nequaquam enim Themistium, qui primum anno 357 orationem emisit (§ 3), licet postea eam iterum publici iuris fecerit, pater anno 355 in vivis fuisset necne tum obliturum fuisse puto. neque, cur in altera recensione matrem non laudavisset, fuit.

430) P. 290 $^{20-22}$; cf. Epist. Constant. p. 26 $^{9-12}$.

431) Themistius In Aristotel. Physic. p. 185 $^{13-16}$ Schenkl (Commentar. in Aristot. V, 2).

432) Or. XX p. 285 $^{12\ \text{sq.}}$

§ 29. De Themistio Non loca attendenda, sed homines, qui docet.

In eodem itinere orationem lucem vidisse, quae *Περὶ τοῦ μηδὲν τοῖς τόποις, ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσι προσέχειν* inscribitur[433]), coniectura, licet vana, quae tamen non displiceat, assequor.

In Paphlagonia certe, in urbe patris, oratio habita est. apertis enim verbis oraculum quoddam vicinum[434]) mediis in Paphlagonibus situm laudatur, quod scilicet paulo ante obsoleverit[435]). et in Paphlagoniae oppidulo, cui tum nomen *Ἀβώνου τεῖχος* erat[436]), oraculum ab Alexandro pseudopropheta Marco imperatore conditum non ante extremum saeculum tertium vigere desiisse exploratum est[437]).

Oratio ipsa in obscura neque ampla urbe[438]) habita est, quae tamen Asclepii quodam templo excellebat[439]).

Iuvenis[440]), nescio quis, ut e Musarum praeterfluente fonte hauriat[441]) neve urbis scholas detrectet et neglegat[442]), admonetur. neque iam iis, qui verae scientiae cupidi sint, in Graeciam et in Aethiopiam navigare opus esse, ut extraneas fabulas petant[443]).

---

433) Oratio XXVII p. 400—411 Dindorf.

434) P. 402^{19} (v. p. 403^{2}) *ἐν γειτόνων*: ita oratio non Aboni Castris ipsis habita est.

435) P. 402^{18-28}, 403^{1-3}. 436) G. Hirschfeld, R. E. I p. 106.

437) E. Riess, R. E. I p. 1444 sq. ad Alexandrum LXX.

438) P. 400 sq. $^{3-6}$, 401^{19}.

439) P. 402^{12-18}; v. Alice Walton, The Cult of Asklepios, Eboraci Novi 1894 p. 107 (Cornell Studies in classical Philology III).

440) P. 401^{19}, $410^{16, 28}$. 441) P. 407^{11-15}.

442) P. 401^{11}. 443) P. $407^{3-6\,sqq.}$

§ 30. De adhortatione philosophiae ad Nicomedenses habita.

Factum esse potest, ut tum, in illo itinere funebri mensis Octobris anni 355, Nicomediae oratio habita sit, quae *Προτρεπτικὸς Νικομηδεῦσιν εἰς φιλοσοφίαν* inscribitur[444]).

Nam ante mensem Sextilem 24 anni 358 orationem ponendam esse inde efficitur, quod terrae motus, quo Nicomedia urbs tum plane vastata et diruta est[445]), a Themistio non commemoratur.

Atque Nicomediae orationem dictam esse, si quis de titulo dubitet, verbis orationis confirmatur. quibus verbis magna urbs opulenta, celebris[446]), transmarina[447]) designatur, quae in sinu Astaceno[448]) sita est, prope Ascaniam paludem[449]) et prope Sangarium, flumen illud piscosum, quod originem ex Phrygia habet[450]).

§ 31. De Themistii Exploratore.

Themistius autem, cum revertisset e Paphlagonia Constantinopolim[451]), orationem habuisse videtur, quae *Βασανιστὴς ἢ φιλόσοφος* inscribitur[452]).

---

444) Oratio XXIV p. 362—373 Dindorf.

445) Seeck, R. E. IV p. 1084^{35-52}.

446) P. 362^{15-20}, 364^{21-25}, 368^{19-21}, 370^{6-10}.

447) P. 368^{9-11}. 448) P. $369^{23\,sq.}$ 449) P. $368^{15\,sq.}$

450) P. 368 , 369^{24}; v. Strab. XII, 3, 7.

451) Or. XXI p. 301^{28}.

452) Oratio XXI p. 296—322 Dindorf; de titulo cf. p. $301^{1, 11\,sq., 14\,sq., 25-29}$, Clem. Alexandr. Stromat. libr. I cap. 8 § 44, 2, Guilelm. Schneidewin ad Gregor. Cypriens. cent. II, 93, Ludovic. de Leutsch ad Gregor. Cypriens. Leidens. cent. I, 64 (Paroemiograph. Graec. I p. 357 sq., II p. 62 sq., Gottingae 1839/51).

Neque enim patre vivo orationem dictam esse ob opprobria, quae filius in eum conicit[453]), opinor. Eugenii[428]) memoriam apud eos, qui audiverunt, integram fuisse exordium orationis docet[454]). deinde Themistius iam uxorem duxit[455]), id quod sub annum 345 fecit[456]).

Dubito etiam, an oratio prima in auditorio[460]) Capitolino[457]) habita sit, ubi Themistius a fine anni 355 dicebat[475]). tum ei, ut magistro publico, salaria annua a Constantio oblata erant[458]). cives[459]) autem in theatrum Musarum[460]) convocati[461]), quod philosophus scholas publicas haberet[462]), admiratione defixi et stupore attoniti sedebant[463]). iis Themistius se neque verum philosophum[464]) neque sophistam[465]) esse probat[466]). veram sapientiam explorare et exquirere vult[452]). postea sese philosophum profiteri non dubitabat. invidiarum vero et calumniarum,

---

453) P. $297^{15\ \ 18}$.

454) P. $296^{16\ sq.}$, $297^{10\ sq.}$

455) P. $297^{10\ sq.,\ 18}$ (cf. or. XXIII p. 355^{26-28}).

456) V. § 26.

457) De auditorio Capitolino disseruerunt Canginus (Charles du Fresne, Sieur du Cange), Constantinopolis Christiana seu descriptio urbis Constantinopolitanae, qualis extitit sub imperatoribus Christianis^{2}, Venetiis 1729 libr. II p. 118. Ioann. Chrst. Fel. Baehr, De literarum universitate Constantinopoli V p. Chr. n. saeculo condita, Heidelbergae 1835, Ioann. Paul. Richter, Quellen der byzantinischen Kunstgeschichte, Vindobonae 1897 p. 300 sq. et 405—415 (Quellenschriften für Kunstgeschichte VIII ser. II).

458) Themist. or. II p. 30^{2-18}, Liban. ep. 1241 (cf. not. 476).

459) P. 296^{2}, 299^{19}, 302^{1}, 306^{3}; 297^{25}, 301^{25}, 314^{14}; 300^{26}; 318^{2}.

460) P. $296^{2\ sq.}$, cf. p. 297^{1}. 461) P. $296^{2,\ 6}$ (v. not. 486).

462) P. 296^{4-10}; cf. or. XXVII. 463) P. 296^{3-5}.

464) P. 296^{17}. 465) P. 299^{29}.

466) P. 296^{18-20}, 297 sq. $^{26-8}$, 298^{19-21} (deleas *μὴ*), $298^{26\ sq.}$, 299^{17}; cf. Méridier, Le philosoph Thémistios p. 4.

quae Themistium vexabant, in Libanii epistulis anni 355 mentio fit[467]).

Iam hiemi anni 355/56 orationem tribuo. adde, quod per menses aestatis scholae quiescebant[468]).

§ 32. De Themistii defensionibus in sophistas scriptis.

Dehinc cum Exploratore propinquitate quadam sententiarum, non tempore, quo confectae sunt, orationes, quas Themistius in sophistas scripsit, conexae sunt: Themistius, iam philosophus se non sophistam esse neque artes rhetoricas[469]) colere obtrectatores docet[470]).

Orationes autem, quas, ut hoc doceret, habuit, inscribuntur: I. *Σοφιστής*[471]), II. *Ὑπὲρ τοῦ λέγειν, ἢ πῶς τῷ φιλοσόφῳ λεκτέον*[472]), III. *Πρὸς τοὺς οὐκ ὀρθῶς ἐξηγουμένους τὸν Σοφιστήν*[473]).

---

467) Liban. ep. 404, 409.

468) Sievers, Das Leben des Libanius p. 26 et 28 sq.; v. infra § 32, IV.

469) V. Carol. Brandstaetter, De notionibus *σοφιστὴς* et *σοφιστικός*, Leipziger Studien zur klassischen Philologie XV, 1894 p. 204 sqq.

470) Méridier, Le philosoph Thémistios p. 1—86.

471) Oratio XXIII p. 343—361^{2} Dindorf. verum complura capita orationis ad finem excidisse dispositio docet, quam p. 348 sq. $^{23-7}$ (v. not. 481) Themistius praebet, ad capita, quae exstant (p. 349^{8}—358^{13}, 359 sq $^{11-28}$, 360 sq. $^{29-2}$), relata. neque etiam in iis capitibus sophistae probi vocantur, id quod factum esse Themistius ipse auctor est or. XXIX p. 419^{16} (cf. Plat. Conviv. p. 177 b). v. infra § 33, III.

472) Oratio XXVI p. 376—399 Dindorf; v. p. $378^{8\ sq.}$ (et or. VIII p. 123^{21-23}).

473) Oratio XXIX p. 415—420 Dindorf; v. p. 417^{3}, $415^{20\ sq.}$ et 416^{6-8}.

Habitae sunt orationes Constantinopoli[474]), postquam Themistius Roma rediit, Valente imperatore, i. e. circa annos 377/78[475]).

I. In Sophista sane itineris Romani mentio fit, quod modo philosophus confecit[475]). ibidemque Themistius ad Valentem, a quo magnis illis annonis honoratus erat[476]), spectat, cum se eas tulisse dicit non fructum adulatorum, sed orationum praemium, quas multas apud principem habuerit[477]). verum Valente imperatore Themistii eloquentia maxime vigebat[478]).

Etiam scholae Themistii florebant[479]), quibus per viginti annos praefuerat[475]). et longius ipse aetate provectus erat[480]).

---

474) Or. XXIII p. 353$^{29 \text{ sq.}}$ (v. not. 67), 355$^{11-16}$, 357$^{4 \text{ sq.}}$, 359$^{15-25}$, 360$^{6,\ 9 \text{ sq.},\ 26 \text{ sq.}}$; XXVI p. 378$^{21 \text{ sq.},\ 27 \text{ sq.}}$, 379^{6}, 391^{29}, 392$^{6,\ 24}$; XXIX p. 417$^{22,\ 25}$, 418$^{9,\ 28}$, 419^{9}.

475) Or. XXIII p. 359 sq. $^{12-10}$; v. § 18.

Seeck, Die Briefe des Libanius p. 300 sq., ut qui prius iter Romanum anno 357 factum sumat (v. supra § 3), Themistii orationes XXVI, XXIII, XXIX alteri parti huius decennii inseruit. quamquam Themistium, qui per viginti annos ante hoc iter Romanum se Constantinopoli scholas habuisse or. XXIII p. 359$^{23-25}$ confirmat, anno igitur 337 iuvenem viginti fere annorum (v. not. 6) de eloquentia et de ratione vivendi praecipere coepisse Seeck (l. l. p. 292) ne sibi quidem persuasit. sub annum scilicet 345 philosophus scholas patefecit (or. XXXI p. 426$^{20 \text{ sq.}}$, cf. § 34); ab anno 355 in Capitolio docebat (v. § 31). neque illum iuvenem, artium poeticarum peritum, or. XXIX p. 418 sq. $^{31-2}$ qui castigatur, Andronicum poetam esse (Seeck p. 70) Sievers, Das Leben des Libanius p. 279 vidit; omnino verba a p. 417^{16} repetita, quibus Plato Hipp. min. p. 268 c usus est, ad litteras non pendenda sunt.

476) Or. XXIII p. 352 sq. $^{26-8}$, 353 sq. $^{26-2}$, 354$^{18-22}$ (cf. Sievers, Das Leben des Libanius p. 37). etenim annonas, quas Constantius obtulerat, Themistius repudiaverat (not. 458). 477) P. 353$^{9-13}$.

478) Or. XXIII p. 353$^{11 \text{ sq.}}$, XXXI p. 429$^{4 \text{ sq.}}$, Photii cod. LXXIV.

479) Or. XXIII p. 343$^{2-19}$, XXVI p. 376$^{4 \text{ sqq.}}$

480) Or. XXIII p. 355^{26}.

II. Proelium[482]) autem Sophista Platone duce[481]) inceptum iamiam oratione, quae, Quomodo philosopho dicendum sit[472]), docet, continuatur[482]).

Iam post illud mercennariorum agmen, leves istos et expeditos sophistas effugere tandem Themistius studet, ut plane ab eiusmodi appellatione integer et immunis videatur[482]). atque identidem priores illi accusatores[483]) et silentii artifices[484]) designantur. deinde haec quoque oratio cum causa forensi comparatur[485]). tum Sophistam tribus diebus, antequam habita esset, indictam esse discimus[486]). verum Themistius Platonem, quem divinum legum auctorem proposuerit, laudat[487]), quamquam in ipsa oratione ab eo non pendet: Sophista oratio, quae antecessit, e Platone pendet[481]).

III. Ab iis denique, qui ipsos se Sophista significatos et castigatos arbitrati[488]) vel gravius philosophiam oppresserant[489]), Themistius se paulo post[490]) defendit.

---

481) V. or. XXIII p. 348 sq. $^{18-7}$, XXIX p. 416$^{17-21}$, Plat. Sophist. p. 231 d/e; XXIII p. 358 sq. $^{14-10}$, Plat. Sophist. p. 223 sq. c—e, Protagor. p. 313 c/d, Politic. p. 289 sq. d/a, Pol. II p. 371 d.

482) Or. XXVI p. 378 sq. $^{29-1}$; v. Méridier, Le philosophe Thémistios p. 36; cf. or. XXIII p. 344 sq. $^{2-9}$ et XXVI p. 379$^{27-31}$, 380^{1}.

483) P. 379^{24}, 376^{15}; v. p. 378$^{29 \text{ sq.},\ 32}$ et 380$^{21 \text{ sq.}}$

484) P. 379$^{2,\ 29 \text{ sq.}}$; v. or. XXIII p. 344$^{5 \text{ sq.},\ 8,\ 11,\ 26-29}$, 345$^{3-5}$.

485) P. 378^{33}, 379$^{17 \text{ sq.}}$, 380$^{1,\ 6-8}$, 381$^{11-14}$; cf. or. XXIII p. 343$^{16-23}$, XXVI p. 376$^{13-20}$ et XXIII p. 344$^{1 \text{ sq.}}$, XXIX p. 417$^{5 \text{ sq.}}$ verum Themistius se Socratem accusatum fingit (or. XXIII p. 357$^{15-25}$, v. p. 346$^{3-5}$ et Liban. ep. 304).

486) P. 379$^{8-11}$, v. or. XXIII p. 343$^{4 \text{ sq.},\ 15 \text{ sq.}}$ et XXVI p. 376^{15}; cf. or. XXI p. 296^{6}; de re disseruit Francisc. Bernardin. Ferrarius, De veterum acclamationibus et plausu, Mediolani 1627 p. 146—149.

487) P. 380$^{8-10}$ (Plat. Sophist. p. 268 b).

488) Or. XXIX p. 418$^{17-22}$, 416$^{29-32}$.

489) P. 415$^{3-14}$, 416^{23}. 490) P. 416^{8}.

Sophistae argumento paucis repetito et circumscripto[491]) se non in certum hominem, sed in universum gregem sophistarum nuper[490]) invectum esse dicit[492]) et animos eorum qui non recte interpretati sint[47]), sedat et placat.

Iam defensionem post Sophistam editam esse constat. at utrum ante an post orationem, Quomodo philosopho dicendum qua explicatur, defensio ponenda sit, dubitari potest, cum illa oratio in hac non commemoretur.

§ 33. De orationibus, quas Themistius scripsit: De amicitia, De virtute, De ratione, De anima, De senectute.

I. Tum Valente imperatore oratio foras data videtur, quae *Περὶ φιλίας* inscribitur[493]).

De Valente enim illum principem chori et civitatis[494]) interpretor, qui eodem desiderio amicitiae, ac qui dicit, flagrat[495]). Valens enim „amicus fidelis et firmus" erat[496]).

Atqui Themistius eandem amicorum fidem in Constantio praedicavit[497]). tamen illa verba, quae plane eadem

491) P. 416^{14-21} (v. not. 481).

492) P. $416^{15\ sq.}$ (v. or. XXIII p. $344^{11\ sq.}$ et not. 484).

493) Oratio XXII p. 323—342 Dindorf. de dispositione (p. 325^{33} sq.) v. Simplicium ad Epicteti Enchirid. cap. XXX p. 86^{20-28} Duebner, ubi eadem tripartitio invenitur. deinde ad p 339 - 342 v. I. R. Asmus, Julian und Dion Chrysostomos, Tauberbischofsheim 1895 p. 1—12 et Godofred. Bohnenblust, Beiträge zum *τόπος περὶ φιλίας*, Berolini 1905 (diss. Bernensis) p. 16—21.

494) P. $325^{13;\ 23-26}$.   495) P. 325^{13-16}.

496) Amm. Marc. XXXI, 14, 2, Aurel. Victor. Caesar. epitom. XLVI, 3, Themist. or. XI p. 181 sq. $^{11-7}$ (v. not. 178).

497) Orat. I p. 19^{12-31}. Themistius Xenophontem imitatur, qui nusquam non in virtutibus principum et virorum amicitiam laudat (Instit. Cyr. I, 2, 7, Agesil. VI, 4, XI, 4, Hier. III, Anabas I, 9, 20—31).

in utraque oratione inveniuntur[498]), apud eundem principem repetita esse a vero abhorret.

Haec amicitiae laus Graeca et Syriaca exstat[499]).

II. Exemplum Graecum orationis, quae *Περὶ ἀρετῆς* inscripta fuit, quae ipsa quoque in linguam Syriacam conversa ad nos pervenit[500]), non traditum est.

Quamquam sententiarum copia, raro sententiarum altitudine, oratio in optimis ex iis est, quas Themistius scripsit[501]). senem fortuna et vita edoctum eum scripsisse dicas. non iuvenis illo calore vatem virtutis et rationis recte vivendi se professus est[502]).

III. Praeterea fragmentum Graecum, vel potius conclusio orationis in libris inepte Sophistae annexa invenitur[503]).

Orationem *Περὶ φρονήσεως* inscriptam fuisse ipsum fragmentum docet[504]). neque quin Themistius hanc ora-

498) Or. I p. 19^{22-28} = XXII p. 325^{26-32} (cf. or. VI p. 90^{5-8}, $100^{7\ sq.}$ et XV p. 241^{11-16}). imago autem, quae utroque loco de amicis exstat, qui regibus pro oculis sint, a Xenophonte (Memorab. II, 4, 7) Dione Prusaeensi auctore ad Themistium pervenit (Dio. or. I p. 6^{21}, III p. 51^{21} Arnim; y. Aristot. Pol. p. $1287^{b\ 26}$); cf. Liban. or. VIII p. 387^{8-17} vol. I, Liban. declamat. p. 1061^{11-17} Reiske, Synes. De regno VII, 22 Migne Patr. Gr. LXVI p. 1072 C, Theophylact. Instit. cap. XIII Migne Patr. Gr. CXXVI p. 275 B (v. C. Praechter, Byzantinische Zeitschrift I, 1892 p. 392 sqq.); de Leutsch ad Gregor. Cypriens. cent. I, 65 (Paroemiogr. Graec. II p. 63).

499) Eduard. Sachau, Inedita Syriaca, Vindobonae 1870 p. 48—65; Anton. Baumstark, Neue Jahrbücher für klassische Philosophie, supplem. XXI, 1894 p. 464—468 spices criticas orationis praebet.

500) Sachau, Inedita Syriaca p. 17—47. Ioann. Gildemeister, Rheinisches Museum XXVII, 1872 p. 438—462 orationem in linguam Germanicam vertit.

501) Cf. F. Buecheler, Rheinisches Museum XXVII p. 439.

502) Cf. p. 17—21 Sachau.

503) Oratio XXIII p. 361^{5-36} Dindorf; v. not. 471.

504) P. 361^{30-36}, v. $^{5,\ 8\ sq.}$

tionem scripserit, in dubium voces. Themistii sermo est et copia tumida verborum. deinde Harmonides, ille Homeri navium fabricator, qui hic commemoratur, alias quoque apud Themistium laudatur[505]; et verbis, sententiis, exemplis repetitis haec eloquentia valet.

Hic sermo Themistio aetate et scholis florenti tribuendus videtur.

IV. De frustulis declamationum, quae *Περὶ ψυχῆς* et *Περὶ γήρως* inscriptae fuerunt, quae nimis exigua, nonnunquam etiam ambigua sint[506]), coniecturas facere non licet.

505) P. $361^{27\ sq.}$, or. XXVI p. $381^{30\ sq.}$; v. Homer. E, 60—64 et Suid. in voce Daedali.

Ad p. $361^{9\ sq.}$ cf. or. II p. 39^{1-4} = XXXII p. 439^{4-8} (= Stobaei Florileg. LXXXIII, 24 vol. IV p. 653 sq. Hense), XXXIV p. 471^{19}, I p. 5^{27-29} (= XI p. 174^{22-24}), IV p. 66^{27-29}; Homer. Θ, 19 sq., Plat. Theaet. p. 153 c, Euseb. Tricennal. VI, 4.

506) Themistii oratio, De anima qua disserebatur, Stobaei Florileg. XIII, 68, LXIX, 22 (vol. III p. 468, IV p. 530 Hense), CXV, 28, CXX, 15., 28 (vol. IV p. 76, 105, 106—110 Meineke) laudatur. quamquam cap. CXX, 28 Plutarcho attribuendum esse Wyttenbach, Plutarchi liber De numinis vindicta, Lugduni Batavorum 1772 p. 129 sq. cognovit; v. E. Rohde, Kleine Schriften II p. 313. atque cap. CXV, 28 e quadam oratione, De senectute quam Themistius scripsit, sumptum esse auctor Mantissae proverbiorum (cent. II, 85: Paroemiogr. Graec. II p. 771), nescio an titulo commotus, qui illi Stobaei capiti praefixus est, probabilius docet (cf. Themist. or. VIII p. 121^{8} et Plat. Pol. VIII p. 556 e). omnino in Themistii orationibus laudandis Stobaeus erroribus abundat (H. Schenkl, Wiener Studien XXI, 1899 p. 261 sq.).

III. De Themistii commentariis Aristotelicis et Platonicis.

§ 34. De Themistii commentariis Aristotelicis.

Themistius circa annum 377, vir sexaginta fere annos natus[6]), se iuvenem[480]) libros aliquot elaboravisse dicit, quibus patrimonium, quod a patre[507]) et a socero[455]) accepisset, collocavisset et condidisset. neque quicquam proprium sibi aut alteri in libris inesse, sed in explicanda dumtaxat mente Aristotelis et in sensu e verbis eruendo (non in verbis ipsis et in doctrina grammatica) eos versari[508]).

Haec Themistii commentaria ad omnes libros Aristotelis conscripta Photius vidit[478]).

Commentaria vel potius paraphrases[508]) Analyticorum posteriorum[509]), Physicorum[510]), librorum De anima[511])

507) V. or. XX p. 287^{4}—289^{4}; cf. p. 295^{3-16} et Epist. Constant. p. 26^{7-20} (et Phot. cod. LXXIV).

508) Or. XXIII p. 355^{26-33} (v. p. 355^{33}—357^{7}!); v. Chrst. Aug. Brandis, Abhandlungen der Berliner Akademie, 1833, classis historic. et philolog. p. 293 et Suidam in voce Themistii ad Categoriarum commentarium; cf. Themist. or XXIII p. 359^{25-27}; XXI p. 301^{4-19}, 305^{15-23}, 308^{15-21}, XXIII p. 349^{25-28}, 351^{30-32}; II p. 35^{25-28} = XXXIV p. 446^{14-16}.

509) Commentar. in Aristot. Graec. V, 1, ed. Maximil. Wallies, Berolini 1900.

Iam Vettius Praetextatus, Themistio aequalis minor natu († 378) „priores postremosque Analyticos non vertendo Aristotelem Latino ser-

Graeca servata sunt[512]). praeterea commentarium librorum De caelo[513]) et commentarium Metaphysicorum libri XII[514]) in linguam Hebraicam translatum exstat[515]). commentaria

---

moni tradidit, sed transferendo Themistium" (Boethius De interpretat. p. 3 sq. $^{5-3}$ vol. II Meiser). deinde initio saeculi XII Eustratius († c. 1120) in Analyticis posterioribus interpretandis Themistium secutus est (Comentar. in Aristot. Graec. XXI, 1 p. 11^{5-9} ad V, 1 p. 42^{15-18} relegatur). Gerardus Cremonensis († 1187) autem Themistii commentarium e lingua Arabica (v. infra not. 515) in linguam Latinam vertit (liber Parisinus Latinus 16097: v. F. Wuestenfeld, Die Uebersetzungen arabischer Werke in das Lateinische seit dem XI. Jahrhundert, Gottingae 1877 p. 58 sq., Abhandlungen der Kgl. Gesellschaft der Wissenschaften XXII). quo libro Latino ineunte saeculo XIII Robertus Linconiensis († 1253) usus est (Carol. Prantl, Geschichte der Logik im Abendlande III, Lipsiae 1867 p. 85 $^{\text{not. 336, 338}}$). exeunte eodem saeculo paraphrasis Graeca in bibliothecae Hierosolymitanae catalogo Aristotelico, quem P. Wendland, Commentar. in Aristot. Graec. III, 1 p. XVII—XIX edidit, cap. II, 8 laudatur. Photius et Suidas eam cognoverunt.

510) Commentar. in Aristot. Graec. V, 2, ed. Henric. Schenkl, Berolini 1900.

511) Commentar. in Aristot. V, 3, ed. Ricard. Heinze, Berolini 1899.

Ammonius, Simplicius, Sophonias librum adhibuerunt (v. Commentar. in Aristot. XI et XV indices in voce Themistii et R. D Hicks, Aristotele De anima, Cambridge 1907 p. LXIV et LXXIX $^{\text{not. 3}}$). saeculo XIII Sophonias, qui libros De anima commentabatur, Themistium imitatus est (Commentar. in Aristot. XXIII, 1 p. 1^{20-22}). denique Photius, Suidas, auctor ille Hierosolymitanus Catalogi Aristotelici (cap. II, 11: v. not. 509) Themistii commentarium laudant.

512) Commentarium in Aristotelis Parva naturalia quod exstat, quod Graecum sub Themistii nomine fertur, Sophonias scripsit (ed. P. Wendland, Commentar. in Aristot. V, 6, Berolini 1903).

513) Auctor Hierosolymitanus Catalogi Aristotelici cap. II, 8 (v. not. 509) commentarium laudat.

514) Scholia Aristotelica p. 798—813 Brandis excerpta Graeca praebent.

515) Commentar. in Aristot. Graec. V, 4 sq., Hebraice et Latine

Analyticorum priorum[516]), Categoriarum[517]), Topicorum[518]), libri De sensu[519]), librorum De generatione et corruptione[520]), (Ethicorum Nicomacheorum? [521])) laudantur.

---

ed. Samuel Landauer, Berolini 1902 sq. exempla autem Hebraica e libris Arabicis originem ceperunt (Valent. Rose, Hermes II, 1867 p. 193).

Verum de Themistii commentariis, quos scripsit in Analytica priora et posteriora (v. not. 509), Physica, Metaphysicorum librum XII, libros De anima, Categorias, Topica, libros De generatione et corruptione, Ethica Nicomachea (?), quibus in linguam Arabicam translatis Averroes († 1198) usus est, cf. I. G. Wenrich, De auctorum Graecorum versionibus et commentariis Syriacis Arabicis Armeniacis Persicisque, Lipsiae 1842 p. 286 sq., Rose, Hermes II p. 193—195, C. Prantl, Geschichte der Logik im Abendlande II^2 p. 307 et 396 sq.

516) V. Boeth. De interpretat. p. 3 sq. $^{7-3}$ vol. II Meiser, Commentar. in Aristot. Graec. XIII, 2 p. 6^{14-18}, IV, 6 p. 31^{17-21}, 39^2, schol. Aristot. p. $156^{b\,43}$ Brandis, Themist. or. XXI p. 311^{27}, Photium, Suidam.

Quae vero exstat in Aristotelis Analyticorum priorum librum I paraphrasis (Commentar. in Aristot. XXIII, 3), Themistio, viro „magni nominis", subdita est (Rose, Hermes II p. 197—202, 206—213; v. Hermes I p. $388^{23-25,\,27}$).

517) V. Themist. In Aristot. Physic. p. 4^{26} Schenkl (Commentar. in Aristot. V, 2), or. XXI p. 311^{25}, Simplic. in Categor. p. $1^{1\,\text{sq.},\,9\,\text{sq.}}$ (Commentar. in Aristot. VIII), Boeth. In Aristot. Categor. Migne Patr. Lat. LXIV p. 162 A, Photium, Suidam.

Tum de Pseudo-Augustino, quem dicunt, qui De decem categoriis (v. cap. III et XXII) Themistii scrinia compilavit, v. Prantl, Geschichte der Logik I p. 669—671.

518) V. Commentar. in Aristot. V, 1 p. $42^{15\,\text{sq.}}$ et XXI, 1 p. 11^{5-7}.

Verum Boethius in secundo libro Differentiarum topicarum „secundum Themistium locorum differentiam dedit" (Migne Patr. Lat. LXIV p. 1195 C, 1194 B; scholiasta tabulam Themistii locorum addidit: ed. Ioann. Wegelin, Augustae Vindelicorum 1604 p. 256). Boethii scriniis Cassiodorius De artibus ac disciplinis liberalium litterarum Migne Patr. Lat. LXX p. 1176 A—1203 B nisus est; ipse quoque Themistii Dialecticos locos affert (p. 1198 B, 1200 A, 1201 B). deinde Michael Psellus († 1097) Themistii Topica cognovit (Commentar. in Aristot. XXIII, 1 p. 1^{22}). et saeculo XIII Vincentius Bellovacensis ea iisdem

De ordine autem, quo commentaria scripta sint, nihil fere cognosci potest.

Ab Analyticis posterioribus scilicet explicandis philosophum coepisse exordium ipsum docet, quo Themistius de nova illa ratione interpretandi[508]), quam primus sibi proposuerit, disserit[522]). neque tamen ante annum 345 hoc commentarium scriptum est; nam soceri sapientia Themistius in studiis Aristotelicis nisus est[355]), et anno fere 345 philosophus uxorem duxit[523]). sub annum fere 345 scholas Constantinopolitanas patefecit[482]).

Themistio, cum Physica interpretabatur, iam liberi erant[431]). et curru publico[524]) cui vehi licebat[431]), in ordinem senatorium cooptatus erat[525]). ergo, cum Calendis Septembribus anni 355 philosophus cooptatus sit[18]) et cum

---

verbis ac Boethius et Cassiodorius laudat (Bibliotheca mundi II p. 247 B, ed. theolog. Benedictin. collegii Vedastini, Duaci 1624). libri autem „Themistii De arte dialectica“ in libris Parisinis Latinis 13957 et 16668 qui exstant, sapientiam ex illis ipsis Cassiodori capitibus exerptam praebent (Rose, Hermes I p. 384; C. Prantl, Michael Psellus und Petrus Hispanus, eine Rechtfertigung, Lipsiae 1867 p. 19 perperam iudicium fecit). ac spurius quoque ille „Themistius In artem veterem“ Oxoniensis bibliothecae collegii Mertonensis libri 261 est (Henr. O. Coxe, Catalogus codicum mss. qui in collegiis aulisque Oxoniensibus hodie adservantur, Oxonii 1852 I, 3 p. 103 b).

519) Themist. De anima p. 70^{8} et 77^{27} Heinze (Commentar. in Aristot. V, 1).

520) Rose, Hermes II p. 194 $^{\text{not. 2}}$.

521) Wenrich, De auctorum Graecorum versionibus p. 287.

522) Boethius De interpretatitone in praefatione libri IV editionis secundae hoc exordium (et hanc rationem) imitatus est (vol. II p. 251 $^{4\text{ sq.}, 8-15}$ Meiser).

523) V. § 26.

524) Cf. Philostrat. Vit. sophist. I, 25, 5 et Ammian. Marcell. XXI, 9, 4.

525) V. Themist. or. IV p. 60^{10-25}.

in oratione hiemis anni 355/56 commentarium Physicorum laudetur[526]), exeunte anno 355 commentarium scriptum est.

In hoc autem commentario ad praphrasim Categoriarum relegatur[518]).

Et in eadem illa oratione praeterea conscripta significatur Analyticorum priorum paraphrasis[516]), (quae certe ante annum 378 in linguam Latinam conversa est[509])).

Denique Themistius se librum De sensu post libros De anima tractavisse ipse auctor est[519]).

Cum autem Themistius iuvenis commentaria scripserit[480]) et cum iam anno 369 canities philosopho instet[527]) omnia commentaria ante annum 369 confecta esse certum est, ante annum 360 ea emissa esse verisimillimum est.

Prorsus ab anno fere 345 usque ad annum fere 360 Themistius, quod videam, commentaria scripsit.

§ 35. De Themistii commentariis Platonicis.

Neque vero commentaria in Platonem, quorum in Photii Bibliotheca mentio fit[478]), Themistius quin eodem tempore elucubraverit, est, cur dubites. Themistii orationes sapientiam Platonicam olent, locisque Platonicis orationes abundant[528]). atque Eugenium patrem, quem filius imitatus est[508]), in studiis Aristotelicis Academiam non neglexisse filius narrat[529]).

Ad hunc diem Themistii commentaria Platonica non pervenerunt.

---

526) Or. XXI p. 311^{27}.

527) Or. IX p. 147^{9}, XIII p. 201^{4}; cf. not. 6.

528) Pohlschmidt, Quaestiones Themistianae p. 1—48, Gladis p. 32–40; cf. Commentar. in Aristot. Graec. XIII, 2 p. 6^{14-18}.

529) Or. XX p. 288 sq. $^{8-4}$.

IV. Conspectus Themistii orationum, quae exstant et quae perierunt[530]) idemque index[531]) huius opusculi.

Ordo chronologicus:	Dindorf:	habita:	anno:
I	XXXIII	Constantinopoli	348 vel 349
II	XXXII	„	346 — 350
III	XXX	„	ante 355
IV	I	„	medio 350
V	XX	in Paphlagonia,	355: exeunte Sept. vel
VI	XXVII	in urbe patris	vertente Octobr.
VII	XXIV	Nicomediae	ante 358
VIII	II	Constantinopoli	medio Novembr. 355
IX	XXI	„	hieme 355/56
X	III	Cp̄oli habita et Romam missa	exeunte hieme 355/56
XI	IV	Constantinopoli	Mai. 22, 357
—	—	In Illyricum missa	primo Decembr. 361
XII	Rhein. Mus. LXI p. 557	Antiochiam	missa in Cal. Ian. 363
—?	cf. Liban. epist. 1061	Antiochiam delata	sub Octobr. 393
XIII	V	Ancyrae (et Cp̄oli)	Cal. Ian. 364
XIV	XI	Constantinopoli	ineunte hieme 364/65
—	Themist. IX p. 152[28] sq., Liban. epist. 1223	„	Cal. Ian. 365

inscribitur:	§:	p.
De rege et consule.	25	69
De liberorum amore.	26	69 sq.
De agricultura.	27	70
De humanitate Constantii.	1	9—11
In patris obitum.	28	71 sq.
Non loca attendenda, sed homines.	29	72
Adhortatio philosophiae ad Nicomedenses.	30	73
Gratiarum actio ad Constantium.	2	11—13
Explorator vel philosophus.	31	73 sq.
Legatio Romana in Constantium.	3	13—20
In Constantium.	3, I et III	15—17
Adhortatio ad Iulianum.	4	20 sq.
De urbis amore ad Iulianum.	5	21 sq.
Legatio in Iovianum. ?	6	22 sq.
Oratio consularis ad Iovianum.	7	23—25
De fratrum amore ad Valentem.	8	25—27
Oratio consularis ad Valentem.	9	27

530) Iam Photius[478]) triginta sex Themistii orationes politicas cognovit. orationes vero quin fuerint, quae praesto nunc sunt, dubitari non potest. in numero scilicet Themistii orationum politicarum orationes morales quoque vir doctus habuit. sunt enim orationes politicae, „quae non umbraticae sunt et scholasticae, quales a sophistis maximam partem habebantur, sed quae publice dicantur atque ad negotia vel causas quoque forenses[485]) pertineant“ (I. C. Wolf ad Liban. ep. 1510[a]).

531) De Themistii commentariis Aristotelicis et Platonicis v. § 34 sq. p. 81—85.

Ordo chronologicus:	Dindorf:	habita:	anno:
XV	VII	Constantinopoli	hieme 366/67
XVI	VIII	Marcianopoli	Mart. 28, 368
XVII	IX	Marcianopoli(m missa?)	Cal. Ian. 369
—	Themist. X p. 158 sq. $^{28-5}$	in Moesia inferiore	aestate 369
XVIII	X	Constantinopoli	ineunte 370
XIX	XXV	Antiochiae	medio Mart. 373
XXI	XI	„	Mart. 28, 373
XXI	Socrat. h. e. IV, 32	„	ineunte 376
XXII	XIII	Romae	377 exeunte Iun. vel ineunte Quintil.
XXIII	XXIII	Constantinopoli	hieme 377/78
XXIV	XXVI	„	hieme 377/78
XXV	XXIX	„	hieme 377/78
XXVI	XXII	„	Valente? imperatore
XXVII	XIV	Thessalonicae	primo vere 379
XXVIII	XV	Constantinopoli	Ian. 19, 381
XXIX	XXVIII	„	Theodosio imperatore post 381
XXX	XVI	„	Cal. Ian. 383
XXXI	XVII	„	383 post Mai. 29, ante Sext. 24
XXXII	XXXI	„	Ian. 3, 384
XXXIII	XVIII	„	primo vere 384
XXXIV	XXXIV	„	autumno 384
XXXV	XIX	„	ineunte 386
XXXVI[530])	Rhein. Mus. XXVII p. 438—462	Constantinopoli	?
—	Themist. XXIII p. 361 $^{5-36}$	„	?
—	Stob. Floril XIII, 68, LXIX, 22, LXX, 15	„	?
—	Mantiss. proverb. II, 85, Stob. Floril. CXV, 28	„	?

inscribitur:	§:	p.:
De bello victis ad Valentem.	10	28 sq.
Quinquennalium gratulatio ad Valentem.	11[532])	29—36
Ad Valentinianum puerum.	12	36 sq.
Orationes Istrienses.	13	37 sq.
De pace Gothica ad Valentem.	14	38 sq.
De dicendo ex tempore.	16	41 sq.
Decennalium gratulatio ad Valentem.	15	40 sq.
De religionis libertate.	17	43—45
Oratio amatoria in Gratianum.	18	45—48
Sophista.	32, I	76
Quomodo philosopho dicendum.	32, II	77
In Sophistae interpretes.	32, III	77 sq.
De amicitia.	33, I	78 sq.
Legatio in Theodosium.	19	49 sq.
De regia virtute ad Theodosium.	20	51 sq.
De ratione laudandi.	24	66 sq.
De pace Gothica deque Saturnino.	21	52—54
Praefectus urbis creatus.	22, II[533])	55 sq.
De sede praerogativa ad patres.	22, III	56—58
De audiendi studio Theodosii.	22, I	55
De praefecturae criminibus.	22, IV	58—60
De humanitate Theodosii.	23	62—66
De virtute.	33, II	79
De ratione.	33, III	79 sq.
De anima.	33, IV	80
De senectute.	33, IV	80

532) V. § 11, II p. 31—33 de Symmachi orat. I et III et § 11, IV p. 33—35 de C. I. L. III, (6159 =) 7494.

533) V. § 11, VI p. 60—62 ad Cod. Iustinian. XI, 25, 2.

Vita.

Natus sum Carolus, Henricus Scholze pr. Cal. Ian. a. 1887 prope Luneburgum in vico cui Garlstorf nomen est patre Adelpho matre Aemilia e gente de Pannewitz. fidei evangelicae addictus sum. pater praematura morte puero abreptus est. matrem superstitem esse gaudeo.

Blancoburgi, in oppidulo montium Harthicorum, in gymnasio, quod H. F. Muellero rectore floret, quem veterum amorem in me incitavisse pergrato animo profiteor, litteris eruditus sum. testimonio maturitatis instructus a vere anni 1906 usque ad hoc tempus Gottingae studiis philologicis me dedi.

Docuerunt me viri doctissimi cum alii, tum hi: Althaus, Bonwetsch, Busolt, G. E. Müller, Leo, Pohlenz, Schürer †, Schwartz, Wackernagel, Wendland.

Sodalis seminarii philologorum per quinque semestria fui.

Cum autem illis viris doctis omnibus gratias ago quam maximas, tum Eduardo Schwartz, qui horum studiorum auctor fuit. Paulo Wendland vero, qui in opusculo, quod scripsi, perficiendo benignissime mihi aderat, quantum debeam, grato animo semper me recordaturum esse polliceor.

DUE DATE

	201-6503		Printed in USA